duxisset: venienti ad se romano duci: & me tuēti ꝛligere cū eis eo ꝙ exiguus ei erat militum numerus: & hostilis contra se innumera multitudo: Joānes statutū designās diez: perge inquit secur⁹: die enim qua diri & hostē ꝓsternes & spolia capies: ꝑdāq; reuocabis. Qđ cum fuisset impletū etiam apud augustuz: quia car⁹ acceptusq; futurus esset predixit. Hec apud illū ꝓpbetie gratia habebatur: vt magis hoc illoꝝ qui percunctabant̄ q̄ suis meritis ascriberet. Dicebat enim: non ꝙ se hec: sz pro illis qui audiūt a domino ꝓnūciari. Aliud quoq; per eum mirum valde dominus ostendit. Tribunus quidam ad agendū militē pergens venit ad eū: & obsecrare eū cepit: ut permitteret etiā coniugez suaz venire ad se. Multa nanq; eā dicebat pertulisse picula ob hoc tm̄ vt facié eius videret. Tūc ille negat sibi vnq̄ moris fuisse vidēdi mulieres: & ꝑcipue exquo ī illius rupis se monasterio cōclusisset. Tribun⁹ persistit obsecrando & confirmādo: ꝙ nisi videret eū: esset sine dubio ī multa tristicia peritura. Cūq; iterum ac sepius eadē precaretur. & causam mortis euz sue coniugis confirmaret futuꝝ: atq; ide interitum vnde salutem sperauerat accepturaz: tunc fidem & importunitatez ei⁹ aspiciens senior: vade inquit videbit me coniunx tua hac nocte: non tamē veniet huc: sed in domo sua atq; i lecto suo manebit. Post hec ꝝba abscedit vir: ambiguitatē responsi ī pectore suo versans. Cūq; hec etiaz cōiugi nūciasset: simili mō nibilomin⁹ etiā mulier sermonis īcerto fatigabat̄. Sed vbi somni tempus aduenit: adest homo dei ꝙ visuz: & adsistens mulieri: fides ingt tua magna est o mulier: & ideo veni ꝺsiderio tuo satisfacere: te tamē monco: non vt faciem coporalem seruoruz desideres dei: sed vt gesta & actus per spiritum contempleris. Spirit⁹ enim est qui viuificat: nā caro non prodest quicq̄. Ego autez non quasi iust⁹ aut propheta vt putas: sz pro fide vestra intercessi pro vobis apud dcū: & cōcessit tibi oīum morborum quos i corpore tuo pateris sanitatem. Eris ergo ex hoc sana: & tu & vir tuus: & benedicetur domus vestra. Sed & vos memores estote beneficij a dō vobis collati: & timete dominū semper: nec āpli⁹ q̄ stipēdijs vestris debetur aliquid requiratis. Sufficiat ergo tibi h̄ ꝙ vides me in somnis: & amplius nō requiras. Euigilās autem mulier indicauit viro suo que viderat queq; audierat: sz & habitū viri & vultuz atq; omnia signa eius exposuit. Sup que āmirat⁹ vir ei⁹: regressus ad hominē dei gratias refert: & accepta ab eo benedictione perrexit in pace. Alio quodaz tempore prepositus quidam militum venit ad eum: cuius vxor grauida ab eo relicta est in domo sua. At illa ipsa die. qua ille ad beatum Joannem venerat: partuz edens periclitabatur. Tunc sanctus homo dei: si scires inquit donum dei: & quia tibi hodie natus ē filius: gratias ageres domino. Sed scito matrez pueri periclitatam: aderit tamen dominus: & inuenies eam sanam. Festina ergo & redi ī domum tuam: & inuenies puerum septem dierum: & vocabis nomen eius Joannez: hic nutriatur in domo tua absq; vlla contaminatione gentili septem annis: quib⁹ peractis trade euz monachis erudienduz sanctis & celestibus disciplinis. Multis preterea ad se venientibus siue prouincialibus siue peregrinis: cum res poposcissent: occulta cordis eoꝝ ĩdicabat: & siquid forte peccati ab eis ī occulto fuisset admissum secretius corripiēs arguebat: & ad emendationem ac penitentiam ꝓuocabat. Nili quoq; fluminis siue abundantia aquaruz siue penuria futura esset predicebat: sed etsi forte ex offensa hominum: plaga aliqua & correptio a domino immineret: similiter premonebat: & si quid cause esset pro qua ītroduceretur fames aut castigatio designabat. Sanitates quoq; & curas corporum ita deposcentibus conferebat vt omnem ex hoc iactantiam fugeret Non enim permittebat ad se incommodātes deferri: sed benedicens oleum dabat: ex quo peruncti sanifierēt: a quacunq; infirmitate tenerentur.

Senatoris cuiusdaz aliquãdo vxor excecata est: hec deprecabatur virum suum: vt eam perduceret ad hominem dei. Cui cuz respõderet vir suus: nõ ei esse moris vidẽdi mulierem: rogat vt indicaret ei tãtum modo imbecillitatis sue causã. ⁊ deprecaretur vt orationem faceret pro se. Cumqz legationem perttulisset vir ei⁹ ad euz: orãs ⁊ benedicens oleum mittit ad illã. Ex quo per triduum cõtingens oculos suos visuz recepit: ⁊ deo gratias egit. ¶Sed ⁊ multa eius sunt gesta: que narrare satis lõgũ est. Unde omissis his iterim que auditu comperimus ad ea que oculis nostris cõspeximus: veniamus. ¶Septẽ fuim⁹ simul fratres comitãtes: qui ad eũ venimus. Cũqz salutassem⁹ eũ. omniqz nos leticia suscepisset: ⁊ vnunquẽqz nostrum gratifice alloqueretur: rogatus a nobis orationẽ simul ac benedictionez dare. Hoc eniz moris ẽ apud egyptios mõachos: vt vbi aduenerint fratres: statiz per orationẽ sibi inuicẽ federẽtur. Interrogabat siquis in nobis esset clericus. Et vt omnes negauim⁹ respiciens ad singulos: ĩtellexit esse inẽ nos quẽdam qui hui⁹ erat ordinis: ſz latere cupiebat. Erat eniz diacon⁹. ⁊ hoc p̃ter vnũ solum: qui ei fidus erat: etiam ipsi itineris comites ignorabãt. Ulturus eniz tales ac tãtos viros humilitatis gratia celare voluit gradus sui honorez: vt inferior haberetur in ordine his quibus se lõge inferiorez esse meritis indicabat. Dãctus ergo Joannes vt eum vidit: equidem cum esset adolescentior ceteris digito ostendens eum: hic inquit diacon⁹ est. Et cuz adhuc negaret: apprehendens euz manu sua exosculatus est: ⁊ dicit. Noli fili negare gratiam dei: ne incurras pro bono malũ: pro humilitate mendacium. Laudenduz nanqz est omni modo mendaciuz: siue pro malo: siue etiam pro bono proferri videatur: ga omne mẽdaciuz non est ex deo: sed sicut saluator dicit a malo ẽ. At ille his auditis quieuit: blandaz nanqz eius correptionez equanimiter tulit: ⁊ cuz orationem dominico obtulissemus: post finẽ vnus ex fratribus nostris tertiano typo ideſt febre grauissime vexabatur: ⁊ rogabat hominem dei: vt ab eo curaretur. Qui ait ad eum. ¶Rem tibi necessariam cupis abijcere. vt eniz corpora nitro vel alijs huiusmodi liniamẽtis abluuntur a sordibus: ita aĩe a languoribus alijsqz huiusmodi castigationib⁹ purificãt. Et postqz de his nobis multa per doctrinaz mysticaz disseruit: benedicens tamen oleuz dedit ei. Quo perunctus eger omnem continuo abundanti az fellis euomuit: ⁊ sanissimus reddit⁹ pedibus suis ad diuersorium redijt. ¶Post hec iubet officia erga nos humanitatis atqz hospitalitatis expleri: ⁊ corporis curam geri. ¶Ipse vero sui negligens: nostri sollicitus erat. Jaz eniz continuo vsu ⁊ iugi consuetudine. nec recipere cibum nisi i vesperuz poterat: ⁊ hunc exiguum. Erat autem attenuati ⁊ aridi corporis: pre abstinentia. capilli ei⁹ ⁊ barba quasi ex langore nimio rara ⁊ tenuis: vtpote quez nullus sufficiens cibus nutriret: nec letior aliquis humor infunderet. Obseruabat enĩ tunc: cum iaz nonagenariaz vt supradixim⁹ ageret etatem: vt nullum: vt paucis vtar verbis: per ignem paratum sumeret cibũ: Jgitur post hec hospitalitatis officia regressos ad se sedere nos iubet: ⁊ tũc demum quidem: vnde uel cur aduenerimus inquirit: cuz iam nos letos ⁊ omni cũ gaudio tanqz notos proprios suscepisset. Cũqz respondissemus qꝑ de hierosolymis ad eũ vtilitatis ⁊ profectus anime nostre causa veniss̃emus: vt ea que oliz ad auditu nostrũ fama ꝓtulerat: ipsi nũc oculis nostris cerneremus. quomodo quidez tenaci⁹ solent inherere memorie: ea que oculus viderit q̃z que auris audierit. ¶Tunc beatus Joãnes vultu placidissimo ⁊ quasi subridens ex abũdantia leticie: hoc modo respondit ad nos. Miror inquit admoduz dulcissimi pueri laborem vos tãti itineris suscepisse: cum nihil ad hec dignuz ĩ nobis videre possitis. Homines enim sumus humiles ⁊ exigui: nihil habẽres ĩ nobis quod vel expeti debeat vel mirari. Et tamen

etiaz ſi eſſet aliquid in nobis ſm opinionē veſtrā:nūquid tale quale legitis ī prophetis ðī ⁊ apoſtolis? Qui vtiqz ob hoc ī oīb⁹ dei eccleſiis recitant̄:vt exempla vite hominibus nō de lōgings ⁊ peregrinis locis querantur: ſz domi vnuſquiſqz ⁊ apud ſe habeat qð debeat imitari. Unde plurimū miroꝛ itentionem veſtri laboꝛis ac ſtudij: ꝙ profectus anime veſtre cauſa:tātas ſuperare regiōes tātoſqz laboꝛes adire voluiſtis:cum nos couſqz pigritia deſidiaqz cōſtringat: vt nec cellulas noſtras pgredi audeamus. Uerūtamen quoniaz putatis eſſe ī nobis aliquid ex q̄ proficere debeatis. Hoc primum vobis indicanduz eſt. vt hoc ipſum quod veniſtis ad nos ⁊ tātū laboꝛem videndi nos ſuſcepiſtis. ne iactātiam alicui⁹ habeatis proſpectum:vt non tam proficere ad animi virtutez q̄ꝫ proferre ſe ⁊ iactare vnuſquiſqz veſtrū velit: ꝓ eo ꝙ viderit eos:q apud alios ex auditu ſolo cogniti videant̄. Graue eſt iactantie vitiuz ⁊ periculoſuz nimis. ⁊ qð de ipō etiam perfectionis faſtigio deijcit animas:⁊ ideo hoc uos primo omnium cauere volo. Eſt autē ſpecies mali hui⁹ duplex quidem. Nonnullis enī accidit in ipſis ſtatiz initijs cōuerſionis ſuc:cuz parum aliquod vel abſtinentie impenderīt. vel pecunie ī pauperes erogauerīt:⁊ cum de eis ita ſentire debeāt:quaſi quod impediret abiecerint. ita agunt ⁊ ita ſentiunt: q̄ſi eminentioꝛes ſint illis quib⁹ aliquid elargiti ſunt. Alia vero eſt iactantie ſpecies:cum quis ad ſummam virtutez perueniens. non totum deo:ſz ſuis laboꝛib⁹ ac ſtudiis deputat:⁊ dum ab hominib⁹ gloꝛiā querit: perdit eaz q̄ a deo ē:propter quod filioli mei fugiamus omni genere iactantie vitium: ne forte incurramus euz lapſum:quez diabolus incurrit. Tunc preterea coꝛdi nr̄o ⁊ cogitationibus precipua adhibenda eſt diligentia. Obſeruandū nāqz eſt:ne qua cupiditas. ne qua voluptas praua: ne qð deſiderium vanum:⁊ quod nō eſt ſecūdū deum radices in coꝛde noſtro defigat. Ex huiuſmodi enim radicib⁹ continuo pullulant vage ⁊ inutiles cogitationes:⁊ intantum moleſte ſunt: vt nec oꝛātib⁹ nobis ceſſent:nec in conſpectu dei conſiſtentib⁹ nobis:⁊ precibus pro ſalute noſtra offerentibus erubeſcant:ſed rapiunt a nobis captiuam mentē:⁊ cū coꝛpoꝛe ſtare videamur ī oꝛatione:ſenſu ⁊ cogitatione euagamur ⁊ ducimur per diuerſa. Si quis ergo ē:q ſe putat renūciaſſe mundo ⁊ operib⁹ diaboli:non ſufficit ī eo renunciaſſe vt poſſeſſiones ⁊ predia ceteraqz ſeculi negocia reliquerit:niſi etiā proꝓriis vitiis renūciauerit:⁊ inutiles ac vanas abiecerit voluptates. Hec enim ſunt de quib⁹ apoſtolus dicit. Deſideria vana ⁊ nociua:que mergūt hominem in interituz. Hoc eſt ergo vere renunciaſſe diabolo ⁊ operibus ei⁹. Diabolus enim per alicuius vitij occaſionē ⁊ praue voluptatis aditum irrepit ī coꝛ noſtrum quia vitia ex parte illius ſunt:ſicut virtutes ex ðo ſunt:ſi ergo ſint vitia ī coꝛ de noſtro:cum venerit princeps eorū diabolus quaſi ꝓꝓrio auctoꝛi dāt locuz: ⁊ introducunt eū velut ad poſſeſſionem ſuā. Et inde ē q̄ nunq̄ huiuſmodi coꝛda pacē habere poſſunt:nunq̄ quietez: ſed ſemp cōturbantur:ſemper terrentur: ⁊ nūc vana leticia:nūc inutili triſticia deprimunt̄. Habent enim ītra ſe habitatoꝛē peſſimū: cui introeundi ad ſe locū per paſſiones ſuas ⁊ vitia fecerūt. Econtra ꝙ mēs quevere renunciauit mūdo:hoc eſt:que abſcidit ⁊ amputauit a ſe omne vitium:⁊ nullū introeunti ad ſe diabolo reliquit aditum: iracundiam cohibet:furoꝛez repꝛimit:mēdacium fugit: execratur inuidiaz:⁊ nō ſolum non detrabere:ſed ne malum quidez ſentire aut ſuſpicari de proximo ſuo patit̄: que fratris gaudia ſua dicit ⁊ triſtitiaz ei⁹ ſuaz triſticiā deputat. Que hec ergo ⁊ horuz ſimilia obſeruat mens ſpiritui ſancto aperit ī ſe locum. Qui cum ingreſſus fuerit ⁊ illuminauerit eam: ſemper ibi iam gaudia: ſemper leticia. ſemper caritas: patiētia longanimitas:bonitas. ⁊ omnes g ſunt fructus ſpiritus oꝛiuntur. Et hoc erat qð dicebat dominus ī euāgelio. Nō

potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala fructus bonos facere. Ex fructibus enim probatur arbor & cognoscitur. Sunt autem nonnulli qui uidētur seculo renunciasse & curam nō adhibent ad mundiciam cordis neq3 vt vitia & passiones resecent ex anima sua: more sq3 componāt: sz hoc tantuz studeant. vt videant aliquos sanctorum patrum. & audiant ab eis aliqua verba. que narrantes aliis: glorientur se ab illo vel illo didicisse. Et sicubi forte vel audiendo vel legendo parum aliquid sciētie acquisierit: continuo doctores fieri volunt & docere. non ea que egerint: sed que audierit & viderint: despicientes ceteros. Affectāt ipsi sacerdotium. atq3 immergere se conātur ad clericatum: nesciētes quia minoris cōdemnatiōis est: siquis ipse virtutibus polleat & alios tamen docere non audeat: q̄z si ipse passionibus & vitiis prematur: & alios de virtutibus doceat. Sic ergo filioli mei: neq3 fugiendū omnimodis dicimus clericatum vel sacerdotium: neq3 rursus omnimodis expetendum: sed danda opera est: vt vitia quidez a nobis depellātur. & virtutes animi conquirantur: dei autez iudicio relinquendum est: quem velit: etsi velit assumere sibi ad ministerium. vel ad sacerdotium. Non enim qui seipsuz īgesserit: sed quem dominus assumpserit: ille probatus est. Monachi autē illud op9 est precipuum vt orationem puram offerat deo: nihil habens in conscientia reprehensibile: sicut dominus dixit in euangelio. Cum steteritis ad orationem. remittite fratribus vestris si quod habetis cōtra eos: ex cordibus vestris. nisi enim remiseritis fratribus vestris: nec vobis remittet pater vester celestis. Si autem remiseritis fratribus vestris: & vobis remittet pater vester qui in celis est. Si ergo mundo: vt supradiximus: corde astiterim9 ante deum: & liberi ab omnibus his vitiis & passionibus que supradiximu9: poterim9 inquantum possibile est: etiam deum videre: & oculos cordis nostri i ipm dirigere: & videre inuisibilem mente non corpore: intellectu scientie: nō carnis aspectu. Nemo enim se putet posse ipsam sicut est diuinam substantiam contueri: ita vt spēm sibi aliquam aut imaginē fingat in corde corpoream: alicuius imaginis similem. Nulla forma i deo cogitetur: nulla circunscriptio: sed sensus & mens: q̄ sentiri quidē possit: & perstringere mētis affectum: non tamē comprehendi aut describi aut enarrari valet. Et ideo oportet cū omni reuerentia & metu accedere ad cuz. & ita in eum librare mētis intuitum: vt oē quicquid potest splendoris: claritatis: fulgoris: maiestatis: mens humana conspicere super omnia eē euz sentiat semper: & ꝟ sicut diximus si pura mēte fuerit: nec ullis praue voluptatis sordibus occupata: Et ideo in hoc maxime oportet operā dare eos: qui renūciare seculo: & deuz sequi videntur: sicut scriptum ē. Vacate & cognoscite quoniā ego sum de9. Si ergo cognoueritis deum inquātuz homini cognoscere possibile est: tunc demum etiam reliquorum que sunt: scientiaz capiet: & misteria dei agnoscet: & quāto purior in eo fuerit mens tāto plura ei reuelat de9: & ostē dit ei secreta sua. Amicus enim iam efficitur dei: sicut illi quibus in euāgelio dicebat saluator. Jam non dico vos seruos sz amicos: & omne quicquid petierit ab eo tanq̄z ab amico caro: prestat ei deus. Jp̄e quoq3 virtutes angelice & cūcta mysteria diuina: tanq̄z amicum dei diligunt eum: & obsequūtur eius petitionib9. Et hic est quem a caritate dei que est in Xp̄o Jhū: neq3 mors separat: neq3 vita: neq3 āgeli: neq3 principatus: neq3 potestates: neq3 alia creatura. Et ideo carissimi quādoquidez hoc elegistis: vt deo placeatis: & ad caritatem eius pueniatis: date operā alieni effici ab omni iactantia: ab omni vitio animi: ab oīb9 delitiis corporalib9. Delitias autem corporales nō solum illas putetis quib9 homines seculi fruunt̄: sed abstinenti delitie credende sunt quicqd pro cupiditate sumpserit: etiā si vile illud sit. & quod

in vsu esse abstinentibus solet. Aqua veniqz ipsa vel panis si cuz cupiditate sumatur. idest non vt necessitate corporis: sed vt animi desiderio satisfiat:hoc etiam abstinenti in delitiaruz vitiũ ducitur Oportet enim in omnibus consuescere:animaz vitio carere. Ideo deniqz dns docere volens animaz desiderijs ⁊ voluntatibus suis resistere:dicebat. Intrate per angustaz portaz:quia lata est ⁊ spaciosa via que ducit ad mortez:angusta autem ⁊ arta via ẽ que ducit ad vitaz. Lata est ergo via anime:cũ qualicunqz desiderio suo satisfecerit:angusta vero est cum voluptatibus suis repugnat. Multum tamen prodest ad hec obtinenda secretior habitatio:⁊ cõuersatio solitaria:quia interdum per occasionem aduentãtium fratruz:⁊ euntiũ ac redeuntiũ frequentiam:abstinentie ⁊ parsimonie frena laxantur:⁊ per huiusmodi occasiones venitur paulatiz in consuetudinẽ ⁊ vsum delitiarũ:⁊ sic interdum etiam perfecti iam viri capiuntur. Ideo deniqz ⁊ Dauid dicebat. Ecce elongaui fugiens ⁊ mansi in solitudine:expectabam eũ qui saluum me faceret a pusillo animo ⁊ tempestate. ¶ Postqz autez multa nobis sanctus Joannes de iactantie vitio aliisqz ꝯplurimis vtiliter disseruit:ad vltimum dixit. Retexaz autem vobis:quid etiam nuper cuidam ex fratribus nostris acciderit: vt cautiores vos precedentia exẽpla constituant. Erat quidam apud nos monachꝰ i hac vicina heremo cõmanẽs : cui habitaculuz spelunca erat: vir summe abstinentie:quottidianum victuz labore manuuz querẽs:in orationibus die noctuqz perssistens.cunctisqz animi virtutibus florens. Sed hic letis successibus elatus: cõfidere quasi ĩ profectibus suis cepit: ⁊ nõ deo totum:sed sibimetipsi quod profecerat deputare. Hanc autem eius intuens animi presumptionem tentator: continuo accedit: ⁊ laqueos parat. Quadã nanqz die ad vesperam:fingit speciẽ decore mulieris oberrantis per heremuz: que velut fessa post nimium laborẽ accedẽs ad ostium spelunce monachi se lassabundam simulans ac fatigatam intrinsecus semetipsam proiecit:atqz aduoluta genubꝰ viri vt misereatur exorat. Nox enim me infelicem inquit in heremo latitantez comprehendit: iube me requiescere in angulo cellule tue: ne forte efficiar nocturnis bestijs preda. At ille primo miserationis obtẽtu:recepit eã ĩtra spelũcã:regrẽs q̃ ei causa errãdi p heremũ fuerit. Illa causaz fingit satis accurate:⁊ iteriz venena blãdimẽtor atqz illecebre virus p oẽz textũ narrationis interserit: nũc se mirandam: nũc etiã defẽsiõe dignã ostẽdẽs: elegãtia ⁊ suauitate sermonis inclinat animũ hominis:⁊ ĩ affectũ sui illecebroso amore deflectit. Dic iã inẽ blãdiora colloqa ioc⁹ risusqz miscentur:manus etiã pcax ad mentuz barbãqz quasi venerãdi specie ptẽdit. tuz vo palpare ceruicẽ molliꝰ:colluqz lenigare. Quid multa? Ad vltimũ captiuũ ducit militẽ xpi. Continuo eniz pturbari intra semetipsum : ⁊ libidinis fluctibus estuare cepit nequaqz laborẽ pteritor:ne quaqz pfessiõis ac ppositi sui memor. Paciscit cũ cordis sui ꝺcupiscẽtia:⁊ intra archana cogitationũ suaꝝ fedus cũ falsa cupiditate cõponit. Inclĩat stultꝰ latera sua ⁊ efficit sicut equꝰ ⁊ mulꝰ gbꝰ ñ ẽ ĩtellectꝰ. Atqz vbi obscenos iã cõabat inire ꝺplexꝰ illa vlulatũ teterrimũ dire vocis emittẽs vmbra vt erat tenuis:p manꝰ ãplectentis elabit:ipm q̃z dedecorosis motibꝰ inanes auras sectãtez:fediſſima cũ irrisiõe deseruit. Tũc pterea multitudo demonũ ĩ aere ad hoc ipm spectaculũ ꝺgregata:clamore igẽti:cũ cachinno exprobratiõis eleuato o igũt monache mõache q te vsqz ad celũ extollebas:quõ dimersus es vsqz i ifernũ? Disce g̃:q̃ q se exaltat : humiliabitur. Tũc ille velut amẽs effectꝰ: ⁊ deceptiõis sue pudorẽ ñ ferẽs:grauiꝰ a semetipo ꝺcipit. q̃z fuerat a demonibꝰ deceptus. Cum enĩ ꝺbuisset reparare semetipz:⁊ renouare certamẽ: ac satisfactione sui lachrymis ⁊ humilitatis fructibꝰ:prioris elatiõis culpam delere:hoc nõ faciens sed desperans

semetipsum sicut apostolus dixit tradidit omni impudicitie ⁊ iniquitati: regressus est enim ad vitam secularem: preda demonum factus. ¶Refugit nanq3 conspectus omnium sanctorum: ne quis posset eum salutaribus monitis de precipitio reuocare. Si enim reddere semetipsum priori vite ⁊ abstinẽtie voluisset: recuperasset sine dubio ⁊ locum ⁊ gratiam. ¶Denique audite quid ⁊ de alio viro gestum sit: similiter quidem temptato: sed non simili exitu tẽptationis effuso. Fuit quidaz vir in hac proxima ciuitate vitam turpissimam per omne facinus ducens: ita vt opinatissimus i flagitiis haberetur. Hic aliquando dei miseratione compunctus ad penitentiam conuertitur: ⁊ intra sepulchrum se quoddam concludens priorum scelerum pollutiones. lachrimarum fontibus diluebat: diebus ac noctibus in faciem prostratus: ⁊ nec alleuare quidem ausus oculos ad celum: neq3 vocez emittere: ⁊ nomen dei nominare: sed i solis gemitibus ⁊ fletibus perdurabat: ⁊ tanq3 viuens sepultus de inferno iaz quodammodo mugituz cordis gemitumq3 reddebat. Cũq3 in his posito eo septimana vna transisset: noctu ueniunt ad eum demones in sepulchro clamantes: ⁊ dicentes. Quid est hoc qd agis o impurissime ⁊ flagitiosissime? postea q3 oi spurcitia oiq3 impuritate satiatus es nunc vis castus ⁊ religiosus procedere. ⁊ postea q3 consenuisti in sceleribus: nec iam sufficiunt vires ad facinora delenda: nunc christianus videri vis: ⁊ pudicus ⁊ penitẽs: quasi vero alius tibi iam vllus possit dari locus satiato in malis: nisi ille qui tibi nobiscuz debet. Unus ex nobis es: alius iam esse non poteris. Redi ergo magis: redi ad nos: ⁊ qd supereſt tibi tempus: in perfruenda voluptate non perdas: preparamus abundantes delitias. preparamus scorta nobilissima ⁊ cuncta alia que florem tibi possint reparare gratissime iuuentutis. Quid temetipsũ vãis ⁊ inanib⁹ oficis cruciatib⁹? quid temetipsum ante tempus supplicijs tradis? Quid enim aliud eris passurus in inferno: nisi hoc quod nunc tibiipsi concitas? Si te pena delectat expecta paulum ⁊ inuenies paratam: nunc interiz frue re muneribus nostris: que dulcia semp ⁊ grata duxisti. ¶Nec ⁊ huiusmodi plura exprobrantib⁹ eis: ille iacebat immobilis. nec auditum quidem suum conuertẽs ad eos: nec vllum penitus sermonem respondens. Cumq3 illi sepius ⁊ eadez repeterẽt ⁊ alia duriora: nec ille omnino moueret: in furorem prolapsi demones: vbi viderunt verba contemni: verberibus eum aggressi sunt: multisq3 supplicijs excruciatum semineceꝫ reliquerunt. Nec tamen in tot tantisq3 cruciatibus moueri saltim potuit a loco: in quo orationis causa iacuerat. Postera die quidam suorum requirentes eum humanitatis dũtaxat gratia: inueniunt penis incredibilibus effectum: ⁊ causam pereunctantes cum didicissent: rogabant vt cure gratia reportari se ad domum propriam pateretur. Abnegat: ⁊ in eodez permanet loco. Tunc vero ⁊ sequenti nocte repetentes demones: grauioribus eum verberibus cruciabant. Sz nec sic quidem moueri voluit a loco: melius esse dicẽs mortez subire q3 vltra demonibus obedire. ¶Nibilomin⁹ tertia nocte multitudo cõuenit demonum: ⁊ absq3 vlla miseratione irruentes in euz: omnib⁹ penis cruciatibusq3 conficiunt. Cũq3 iaz corpus defecisset in supplicijs: extremus tamen spiritus obsistebat imperio demonum. Quod vbi impij peruiderunt. exclamantes voce magna: vicisti inquiunt vicisti: ⁊ mox velut virtute quadam celitus fugati: precipites abscedunt: nec vltra ei quicq3 siue artis aut sceleris intendunt.

Ipse vero intantum virtutibus animi p⁹fecit: ⁊ ita ornatus moribus effectus ẽ ac totius diuine gratie gloria repletus: vt omnis hec regio quasi e celo eum lapsum videret: ⁊ vnum esse ex numero crederet angelorũ: omnes pene simul atq3 vno ore dicentes: hec est mutatio dextere excelsi. Quanti exẽplo ei⁹q iã semetipsos despe-

rauerant:rursus p penitentiã ad spem salu tis regressi sunt:ꝛ emẽdationẽ sui quaz pri us desperauerãt:pſumpserũt:quãti ammi ratione eius de ipso iam iferno peccato/ rum retracti sunt:ꝛ ad virtutis indolez re parati:/ Illo nãqz tanta immutatione con uerso:omnibus omnia visa sunt possibilia Non solum autem emendatio morum flo rebat in eo ꝛ assumptio virtutum: verum ꝛ gratia dei plurima ei collata est. Signa enim ꝛ prodigia que ab eo facta sunt quã/ tum apud dominum haberet meritum te stabantur. Sic humilitas ꝛ conuersio bo/ noꝝ omnium materiam prebet:elatio ve/ ro ꝛ desperatio interitus ꝛ mortis est cã.

¶ Ad effugiendum vero periculi lapsuz ꝛ conquirendam dei gratiam:atqz ipsius diuinitatis euidentiorem noticiam capiẽ/ dam:plurimum prodest secretior cõuersa/ tio:ꝛ heremi interioris habitatio. Quod vos non tam verbis q̃z rebus ipsis ꝛ exẽ/ plis melius docere puto. ¶ Fuit quidaz monachus qui in heremo hac que pre ce/ teris interior est:habitabat. Hic cum plu/ res annos in abstinentia perduraſſet ꝛ p/ uectus tempore prope iam ad senilem ve nisset etatem:omni virtutum flore ador/ natus:ac totius continentie magnitudine sublimatus. Qui cum in orationibus et hymnis sedule deo deseruiret: tanq̃z me/ rito militi suo dominus remunerationes parat: vtpote qui in corpore adhuc posit9 instar angelorum incorporee vite officijs fungeretur: dignum iudicans annonam celestem prebere ei in deserto:qui celestẽ regem peruigilibus prestolabatur excubi is: vt digne frueretur celestibus alimoni/ is. Uolens ergo deus etiam in hoc seculo remunerare eius fidele propositum: ad prouidentie sue sollicitudinez quottidiani victus eius reuocat curam. Ut enim cibi vsum poposciſſet nature necessitas:ingre diens speluncam suam: inueniebat men/ se panem superpositum: mire suauitatis: miriqz candoris. Ex quo refectus:ꝛ grati as diuine prouidentie referens:rursus ad hymnos ꝛ orationes conuertebatur. Ad quem multe etiam reuelationes: multeq̃z de futuris rebus:a deo premonitiones fi ebant. In his ergo talibus ac tantis profe ctibus positus:quia gloriari quasi de me/ ritis suis cepit:ꝛ celestis beneficij munus: vite sue meritũ duxit. Continuo subintra eum parua quedam desidia animi: tam parua quam nec posset aduertere. Post hec creuit maior negligentia:ita vt tardi/ or iam fieret ad hymnos:sed ad orationez pigrius surgeret. Psalmi quoq̃z ipsi nõ ea qua prius vigilantia ab ipso canerentur. sed vbi parum quid exhibitum fuisset soli/ ti ministerij:anima eius quasi nimio labo/ re fatigata requiescere festinabat: quia sẽ sus eius reprobus effectus:de sublimiori/ bus ad inferiora corruerat: ꝛ cogitatiões sue per diuersa eum precipitia rapiebant. Erat enim iam in corde eius clandestina quedam ꝛ turpis ac nefanda cogitatio: cõ suetudo tamen prior velut si decursus aq̃ etiam cessante remigio adhuc prioze impe tu nauigium ferat:ita ꝛ vetus institutio ad consueta hominez officia trahebat:ob quã causaz ꝛ adhuc stare in suo statu videbaꝫ. Hic ergo cum post orationes cibum solitũ requisisset ad vesperam:ingressus locũ:i q̃ refici consueuerat:inuenit solitum panem mense superpositum:ex quo refectus: ni/ hil de eorum que in corde suo versabaꝫ emendatione curauit:neqz immutationis sue damna persensit:sed spernendo mini/ ma paulatim se casurum non intellexit. Interea cum graui iam libid nis incẽdio stimularetur:ꝛ inflãmatus turpi concupi scentia raperetur rursus ad seculum: illa interim die cohibuit se:ꝛ solita hymnoruz ꝛ orationum ministeria ex more persoluit: atqz ingressus vt cibum sumeret panem quidem inuenit mense superpositum: sed aliquantulum sordidiorem. Ammiratus est et tristis effectus: intellexit q̃ ipsum respiceret hoc genus monstri:tamen cibo sumpto refectus est. Post in diem tertiuz replicatis vrgeri stimulis cepit.occupaue rant enim cogitationes eius quasi iam p̃/ sentis ꝛ secum posite:secumqz accumben/

tis imago mulieris: quaz ꝛ complecti sibi videbatur: ꝛ ad turpes vsus habere sub stratam. ¶Processit tamen ꝛ sequenti die ad solita psallendi ꝛ orandi officia: sed stabat vagus oculis: ꝛ mente captiuus. Cūqz solito ingressus ad vesperā requireret cibum: panem quidem inuenit super mensam: sed sordidissimum ac aridissimum: ꝛ quasi muribus vel canibus vndiqz corrosum. Tunc ille vt hoc vidit ingemuit: ꝛ lachymas fudit: sed nō ita ex corde nec ita vberes: q̄ posset flāmā tāti ignis extingue re. Uerūtamē sumit cibū: sz neqz q̄lē ꝺsueuerat neqz quātū solebat. Cum interim cogitationes eum tanqz coborz barbarica eum vndiqz circūuallāt: ꝛ omni ex parte in eum tela iaculantur: ac vinctum captiuumqz eum ad seculum trahunt. Exurgens ergo: cepit iter agere noctu per heremum: ꝛ tendere ad ciuitatem: sed vbi dies facta est: ciuitas quidez adhuc longe aberat. Ipse vero cum rapidissimo estu torqueretur ꝛ fatigaretur in heremo vndiqz versus: cōsiderare oculis cepit ꝛ regrere: sicubi esset in vicino monasterium. Et cū respexisset fratrū quorundaz cellulam: tēdebat illuc: vt apꝺ eos requiesceret. Quē vbi adesse sensere serui dei: continuo prꝛecurrunt in obuiam: ꝛ velut angelum dei excipientes adorant: pedes lauant: ad orationem inuitant: mensam ponunt: atqz oia secundum diuinum mandatum complent caritatis officia. Uerum vbi refectus est: ꝛ paululum requieuit: ex more quasi ab eruditissimo patre ceperunt verbum edificationis expetere ac monita salutis inqrere. Interrogauere quoqz eum quomodo quis diaboli laqueos possit effugere: aut siquando turpes iniecerit animo cogitatiōes: quomodo depelli possint ꝛ abijci. Tum ille vt compulsus: est monita fratribus ꝺare: ꝛ salutis eos viam docere: ac de insidijs demonum quas seruis dei intendunt: facere sermonem: illos quidem plane ꝛ sufficienter docuit: sibi vero ipsi stimulos cōpūctionis ifixit: ꝛ i semet ipsum regressus ait. Quomodo ego alios moneo ꝛ ipse decipior? aut quomodo alios corrigo qui meipsum non emendo? Age ergo miser: facito ipse prior que facere alios doces. Cumqz buiusmodi increpationibus vteretur aduersus semetipsum: ꝛ intellexisset se miserabiliter supplantatū Uale dicens fratribus: continuo se cursu rapidissimo in heremum dedit: ꝛ ad spelūcam de qua discesserat: redijt prosternens se domino in oratione dicens. Nisi dominus adiuuisset me: paulomin⁹ habitasset in inferno anima mea. Et iterum: paulominus fui in omni malo; ꝛ paulo minus consumauerunt me in terra. ¶In hoc vero completum est quod ait scriptura. Frater fratrem adiuuans exaltabitur: sicut ciuitas munita ꝛ fortis. ¶Post hec ergo permansit omni vita sua in luctu ꝛ lachrymis: videns diuinitus sibi concessum celestis mense beneficium perdidisse: cepit enī in labore rursus ꝛ sudore vultus sui manducare panem suum. Concluſitautem se intra speluncam: atqz in cilicio ꝛ cinere iacens: tādiu lugens flensqz permansit ī orationibus: donec assistens ei angelus domini diceret ad eum. Suscepit dominus penitentiam tuam ꝛ repropitiatus est tibi: sz caue ne vltra elatus decipiaris. Uenient ad te autem fratres quos tuipse docuisti deferentes tibi benedictiones: quas suscipere ne recuses: ꝛ sumens cum eis cibum age gratias deo tuo. ¶Hec autem locutus sum vobis filioli mei: vt sciretis quanta sit ī bumilitate firmitas ꝛ ī elatiōe ruina q̄m maxima. Ideo denicz ꝛ saluator noster primā beatitudinē de bumilitate docuit: dicēs. Bti paupes spū qm̄ ipor ē regnū celor: simul huiusmodi exēplo discentes: vt cautiores sitis ne a demonibus ī cogitationū subtilitate seducamini: ꝓptereā enī ꝛ forma huiusmodi int̄ mōachos obꝵuat: vt siqs ad eos veniat siue vir ille seu mlier sit: siue senex siue iuuenis: siue ignot⁹ siue not⁹: ante oīa ꝛ oro fiat: ꝛ nomē dñi iuocet: qz si fuerit aliq̄ trāsformatio ꝺmonis. ꝺtinuo oratione fcā diffugiet. Si vo ī cogitatiōe vr̄a suggesserit ipi demōes aliqd vnde laudari ꝺbeatis ꝛ extolli: ñ acqescatis eis: sz tūc magis vosmetipos būiliate ī

ꝯspectu domini: ⁊ pro nihilo ducite: cuꝫ vobis illi aliquid de sectanda laude suggesserint. Deniq; etiam me frequenter demones noctibus seduxerũt: ⁊ neq; orare me neq; requiescere permiserunt: fantasias quasdã per noctem totam sensibus meis ⁊ cogitationibus suggerentes. Manebo velut quadam illusione: prosternebant se ante me dicentes. Indulge nobis abba quia laborem tibi incussimus tota nocte. Ego autem respondi ad eos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: et non tentetis seruum domini. Et vos ergo filioli quietem silentiumq; diligite: ⁊ scientie operam date: atq; exercete vosmetipsos vt frequenti collatione mentem vestram puraꝫ exhibeatis deo: ne orationes vestre impediantur apud deũ. Quis etenim illi bonuꝫ opus agãt: ⁊ sit in illis probabilis conscientia: qui iter seculares positi: exercentur in operibus bonis: ⁊ occupant semetipsos actibus religiosis ⁊ sanctis: vel hospitalitatem sectando: vel caritatis ministerijs obsequendo: vel misericordias ac visitationes aliaq; huiusmodi opera explendo: in quibus alijs quidem boni semper aliquid conferant: semetipos tamen castos seruent. Sunt ergo et isti probabiles ⁊ valde probabiles: qui in bonis actibus placẽt deo: ⁊ sunt operarij inconfusibiles mandatorum dei: sed tamen hec omnia terrenos habent actus: ⁊ erga materias corruptibiles geruntur. Qui vero in exercitio mentis desudat: ⁊ spiritales intra semetipsuꝫ excolit sensus: lõge illis superior iudicandus est. Locum nãq; intra semetipsuꝫ preparat vbi spiritus sanctus habitet: ⁊ obliuionem quodammodo capiens terrenorum: sollicitudineꝫ gerit: de celestibus ⁊ eternis. Constituit enim semetipsum semper ante conspectum dei: ⁊ omnes presentium rerum sollicitudines post tergũ iaciens: solo diuini desiderij colore constringitur: ⁊ ideo in laudibus dei positus: ⁊ hymnis ⁊ psalmis die ac nocte non poterit satiari. Hec ⁊ multa alia his similia beatus Joannes per triduum continuo loquens ad nos animas nostras refecit ⁊ inuocauit. Ut autem cepimus velle ab eo proficisci: datis nobis benedictionibus: pergite inquit ĩ pace o filioli: hoc tamen scire vos volo: ꝙ hodierna die victorie religiosi principis Theodosij alexandrie nunciate sunt de Eugenio tyranno. Necesse est autem ⁊ ipsum Theodosium non multo post: propria morte vitam finire. Cumq; profecti ab eo fuissemus: hec ita gesta esse ad fideꝫ comperimus: vt ipe predixerat. Post dies autem paucos insecuti sunt nos quidam fratres: annuncientes nobis ꝙ ipse sanctus Joannes ĩ pace quieuerit. Obitus autem ipsius talis quidem fuerat. Per triduum inquiunt nullũ ad se introire permisit: ⁊ positis genubus in oratione reddidit spiritum: atq; ita perrexit ad dominũ: cui ẽ honor: gloria: laus ⁊ imperium: in secula seculorum amen.

Explicit vita beati Joannis egyptij.

Vita ⁊ gesta sãcti Hor abbatis: cui diuinitus collata est litterarum scientia.

Vidimus ⁊ aliuꝫ apd Thebaidem venerabilem viruꝫ. Hor nomine: hic multorum erat monasteriorũ pater: qui habitu ipso honoris videbatur angelici: nonaginta iam agens etatis annos: barba ꝓlixa ⁊ claritatis canicie splẽdida: vultu ⁊ aspectu ita letus: vt plus aliquid habere ꝯ in hominis natura ẽ visio ipsa videretur. Hic prius in vltima heremo plurimis abstinentie laboribus exercitatus: postremo ĩ vicino vrbis loco monasteriũ instituebat. In adiacentib9 autem habitatiõis sue locis: diuersi generis arboruꝫ siluas ipse p se plãtaria ponẽdo exseuit in quibus vt nobis a plurimis sanctis patribus affirmatũ est: ante illius aduẽtum nullum omnino virgultum fuit. Ob hoc autẽ plantauit banc siluã: vt fratres quos inibi congregare cupiebat non haberent necessitatem ligni gratia longius euagãdi: habens curam ⁊ in his que ministerio corporis necessaria sunt: sed precipue salutis eorum ac fidei. Ipse tamen cum esset

in beremo:herbis pascebatur ⁊ radicibus quibusdam: ⁊ hec ei dulcia videbantur: Aquam vero si quando inuenisset bibebat:orationib⁹ ⁊ hymnis occupans omne diei tempus ac noctis. Ut autem ad maturam peruenit etatem:apparuit ei angelus dei in beremo per visum dicens. Eris in gentem magnam: ⁊ multus tibi populus credetur:⁊ erunt q̄ per te saluandi sūt multa milia hominum. Quantoscūq; autem in hac vita positus conuerteris ad salutem:super tantos principatum accipies in futuro:⁊ nihil verearis:nunq̄ enim aliquid tibi deerit eorum que ad vsum corporum requiruntur: quotiens hec poposceris a deo. Hec cum audisset:ad vicinora loca accedit:⁊ primo solus sub paruo tugurio quod sibi ipse construxerat habitare cepit: oleribus compositis vescens: solis: interdum etiam post continuata ieiunia. ¶ Litteras primo ignorauit. Cum autē de beremo ad hec que supradiximus viciniora habitaculis loca accessisset: data est ei diuinitus gratia:⁊ cum a fratrib⁹ oblatus ei fuisset codex: quasi olim iam sciens litteras legere cepit. Collata est ei ⁊ aduersus demones etiam virtus:ita vt multi ex his quos vrgebant demones etiam inuiti ad eum raperentur: protestantes summo cum clamore de meritis eius. Sed et alias ꝯplurimas sanitates: operabatur. ¶ Congregabantur interim ad eum plurime multitudines monachorum: inter quos cum etiā nos adueniss̄em⁹: visis nobis letissimus redditur. Cumq; saluta⁹ nos orasset more sibi solito pedes hospitū ꝓprijs manib⁹ lauit:⁊ docere nos ex scripturis:que ad edificationez vite ac fidei pertinent:cepit. Erat enim ei docendi gratia a ꝺo collata. Cū itaq; plurima nobis scripturaꝝ capitula sapiēter disseruisset:rursus ad orationez cōuertebatur. Cō suetudo aūt erat ei nō pri⁹ corporalē cibū sumere:q̄ spiritalē xp̄i communiōez acciperet. Qua percepta:post gratiarū actionem adhortari nos etiaz ad reficiendū cepit:ipse tamen sedens nobiscū nūq̄ cessabat aliqd de studijs spiritalib⁹ cōmonere ¶ Narrabat ergo nobis tale aliqd. Scio inquit hominez quēdaz in beremo p tres continuos annos nullū sumpsisse terrenū cibuz.angelus enim domini tertia quaq; die escā deferebat ei celestē. Et hec ei cibus erat ⁊ potus. Et iterū scio huiusmodi hominez ad quez venerūt demōes in specie celestis militie.⁊ habitu angelorū.curru igneos agētes.plurimo apparatu. tāq; magnum aliquem regem deducentes: isq; qui ceteris vt rex haberi videbatur: dicebat ad eum. Implesti omnia o homo: superest tibi vt adores me:⁊ trāsferā te sicut heliam. Sed monachus hec audiēs: dicebat in corde suo. Quid ē hoc? Quotidie ego saluatorē q̄ ē rex meus adoro.hic si eēt ille.quomodo a me hoc posceret: qō idesinēter me facere sciret? Et post hec respondit ad ipsū. Ego habeo meū regē quē quottidie sine intermissiōe adoro:tu autē non es rex meus. Et cōtinuo inimicus ad hec ꝛba nunq̄ comparuit. Ueruz hec ille quasi de alio nobis narrans sua gesta sub alterius persona memorabat. Patres tñ qui aderant:ipsi nobis affirmabāt: q̄ ipse esset q̄ hec vidisset ⁊ audisset. Erat enim hic magnificus pater:qui inter cetera bona etiam hoc prestabat adueniētibus fratribus:⁊ cum ipso habitare volentibus: q̄ faciebat conuocari fratres qui secuz erāt ⁊ i vna die adueniēti fratri cellulaz edificabāt: Et erat in hoc opere magna alacritas fratrum. Unoquoq; eoruz festinante. lateres conuehere:aut lutū porrigere.aut aquam infundere:aut ligna deferre. Ubi vero perfecta fuisset ip̄e eā omnibus vtēsilibus: vel necessarijs instructam tradebat fratri.hic aliquando cuz falsus quidā frater ad se vēisset:⁊ vt videretur nudus vestimenta sua occultasset:arguit euz coram omnibus: ⁊ in medium que occultauerat protulit.⁊ ita pertimuere omnes vt de reliquo nemo auderet coraz ipso falle⁹re. Tanta in eo erat virtus animi.⁊ tanta diuine gratie magnitudo: quaz abstinentie labore ⁊ fidei puritate quesierat. Mu

citudines autem fratrum cum ipso posite tanta gratia erant replete vt cū ad eccle/siam conuenirent: chori eorū vestibus ac mentibus resplendentes: ad imitationem virtutum celestium: in hymnis ⁊ laudibus dei puigiles viderent. De sancto Ammone abbate triuz milium monachorum.

Vidimus autez i Thebaida etiā aliū virū noīe Ammonez patrez triū miliū circiter mōachoꝝ q thebenēsij appellabātur ingētis abstinētie viri: qbus vsus ē indui colobijs quasi saccis lineis: et pelle cōfecta a collo post terguz ⁊ latus descendente cōtegi. cucullis etiam caput operiri: maxime cuz ad cibum conuentum fuerit. eis etiaz velare faciem: ne alius alium parcius cibum sumentez deprehendat. Est autem eis ⁊ in capiendo cibo summum silentiū: ita vt nec putetur in eo loco esse aliquis hominū vbi sedent ad mensas: ⁊ omnis eoruz conuersatio ita est i multitudīe posita quasi sit in solitudine: duz ita latet vniuscuiusq; abstinentia: vt ab alio deprehendi non possit. Sedent ergo ad mensam contingētes magisq; sumentes cibos: vt nec defuisse mensis: nec tamē ventri satisfeciſſe videātur. Maioꝝ ppe est cōtinētie virtus: bis abstinere q̄ i oculis habent: ⁊ nō i manib⁹. De sancto Benone angelici ordinis viro ⁊ abbate.

Vidimus ⁊ aliuz senē man suetudine omnes homines precellentē: abbatē Benonez noīe: de quo asserebant fratres qui cum ipso erant: q̄ neq; iuramentum vnq̄ neq; mēdaciuz de ore eius processerit: neq; vllus hominum iratum viderit eum aliquādo: aut sermonez superfluum ociosumq; proferētez: sz erat vita eius in summo silentio: moresq; tranquilli: ⁊ per oīa quasi angelici ordinis vir. humilitas quoq; immensa: ⁊ i omnibus p nihilo semetipsum ducens. Deniq; nobis multum rogantibus vt aliquem sermonē ab eo edificationis audiremus: vix impetrare potuimus: vt pauca nobis de mansuetudine loqueretur. Nic aliquando cuz bestia quedā que hyppotamus appellat: sibi regionē p̄rimā vicinamq; vastaret rogatus ab agricolis venit ad locū. ⁊ cū ad immanez beluaz peruenisset: ait ad cā. Precipio tibi in nomīe Jesu xp̄i: ne vltra vastes hāc terrā. Tūc illa quasi āgelo psequente effugata nusq̄ oīno cōparuit. Simili modo etiam cocodrillum: ab eo alio tpe fugatum phibebant. De Oxirinco ciuitate vbi nullus manet hereticus.

Venimus autez 7 ad ciuitatē quandaz Thebaidis noīe Oxiricuz: i qua tāta religiōis deꝑbēdimꝰ bōa: vt ea nemo digne sufficiat enarrare. Repletaz nāq; eaz monachis intrinsecus vidimus. ⁊ extrinsecus omni ex pte circūdatam: ⁊ edes publice si que in ea fuere: et templa supstitionis antique habitationes nūc erāt monachoruz: ⁊ p totaz ciuitatem multo plura mōasteria: q̄q̄ domus videbātur. Sunt autem in ipsa vrbe quia est ampla valde ⁊ populosa duodeciz ecclesie in quibus publicus agitur populi cōuentus exceptis monasterijs. in quibus per singula loca orationuz dom⁹ sūt: que certis tēporibus ad orationē frequentantur. Sed nec porte ipse nec turres ciuitatis. aut vllus omnino angulus eius: monachoꝝ habitationibus vacat quiq; p omnez partē ciuitatis die ac nocte hymnos ac laudes deo referentes vrbem totaz quasi vnam dei ecclesiaz faciūt. Nullus enim ibi inuenitur aut hereticus aut pagan⁹: sz oēs ciues xp̄iani: omnes catholici: vt nihil oīno differat: si epūs i platea oratiōnē aut i ecclesia faciat. Jp̄i quoq; magīstr⁹ aut p̄cipales ciuitatis ⁊ reliq ciues studiose p singulas portas statuūt cos q̄ obfuēt vt sicubi apparuerit pegrin⁹ aut paup: certatim ad eū currāt ⁊ q̄ p̄occupauerit abducit: vt q̄ sūt necessaria ꝺsequat. De his autē q̄ ergā nos ab ipsis populis gesta sūt: vidētibus trāsire nos p ciuitatē suā ⁊ velut āgelis occurrētib⁹ atq; honorē deferētib⁹ quomō enarrez. Aut de ipis monachis ⁊ vginib⁹

ārū īnumere multitudines vt supradixi
mus ī illa vrbe babēt: Regrentes eni a
sancto episcopo loci ipsius vigīti milia vir
ginum: ꝛ decez milia monachoꝝ inibi ba/
beri comperim⁹. Quozum omnium affe/
ctum erga nos ꝛ honorez quē exbibebāt
vobis exponere nec sermo sufficit: nec ve
recūdia permittit: quomodo pallia nostra
scinderentur: vnoquoqz nos sibi rapiente:
ꝛ ad se adducere cupiēte. Uidimus quoqz
ibi plurimos sanctozum patrum diuersas
dei gratias babētes: alios in verbo dei:
alios ī abstinētia: alios ī signis ꝛ virtutib⁹
ministrantes. ¶ De sancto Theone qui
trigita ānis silētij babuit obseruationē.

UIdimus ꝛ alium nō lō
ge ab vrbe ad eā partez q̄ mittit
ad heremū: nomīe Theonē vir scm̄ itra
cellulā suaz clausum ꝛ solitariuz: qui pbi/
bebatur trigita annis silentij habuisse cō
tinentiaz: quiqz tam multas virtutes fa/
ciebat vt propheta apud illos haberetur.
Conueniebat nanqz ad eum per dies sin
gulos ifirmorum plurima multitudo: ad
quos ille per fenestraz manum proferens:
ꝛ vniuscuiusqz capiti superponens: ac be/
nedicēs eos: sanos ab omni egritudine re
mittebat. Hic etiaz ipso visu tam venera
bilis erat: tantāqz reuerētiam gerebat in
vultu: vt inter homines āgelus videret:
ita letus oculis: ꝛ plen⁹ totius gratie ap/
parebat. ¶ Huic cum ante paruum tem/
pus vt comperimus noctu latrones su/
peruenissent: aurum se apud eum inuen/
turos sperantes oratione sola ita vinxit
vt foribus eius affixi mouere se omnino
non possent. Mane vero cum ad eum
turbe solito conuenissent ꝛ viderent ad
ianuas eius latrones: volebant eos igni
tradere: At ille rerum necessitate com
pulsus: vnum ei solum locutus est ℞bum.
Sinite inquit istos abire illesos: alioquin
gratia a me fugiet sanitatum. Populi au
tem vt audierūt bec: cōtradicere non au/
dētes: dimiserūt eos. Latrones ℞o vidē
tes quod secum gestum ē: abiecta scelez
voluntate: preteritoꝝ maloꝝ penitentiaz
gerētes: ad monasteria vicina confugiūt
atqz ibi emēdationis vite formā modūqz
suscipiūt. Erat autez supradictus vir eru/
ditissimus: nō solum egyptiozum ꝛ greco/
rum lingua: sed etiam ꝛ latinozum: vt ꝛ ab
ipso ꝛ alijs qui ei aderāt didicimus. Sed
ꝛ ipse releuare cupiēs et consolari pere/
grinationis nostre laborez: in tabula scri/
bens ad nos gratiaz doctrinamqz sui ser/
monis ostendit. Erat autem ei cibus abs/
qz ignis opere. Dicebant autem q̄ et no/
ctibus ad heremum progrediens: comi/
tatu vteretur plurimo heremi bestiaruz.
Ipse vero hauriens aquam de puteo suo
ꝛ prebens eis pocula: obsequij earum re/
munerabatur laborez. Huius autem rei
manifestum dabatur indicium: q̄ vesti/
gia bubalozum caprarumqz et onagro/
rum: circa eius cellulam plurima depre/
bendebantur. ¶ De sancto Appollonio
confessore ꝛ virtutibus eius.

UIdimus ꝛ aliū san
ctum virum nomine Apolloniuz
apud Thebaidam in finibus Hermopo/
lis: ad quam ciuitatem saluatorem cum
Maria ꝛ ioseph de iudee finibus venisse
tradunt: secundum prophetiam Esaie di/
centis. Ecce dominus sedet super nubem
leuem: ꝛ veniet in egyptum: ꝛ commoue/
buntur manufacta egyptiozuz a facie ei⁹
ꝛ cadent in terram. Uidimus ergo ibi etiā
ꝛ templum ipsum in quo ingresso saluato/
re corruisse omnia idola in terram ꝛ com/
minuta esse memorabantur. ¶ Uidimus
ergo supradictum virum in vicino bere/
mo: sub monte quodam babentem mona/
steria. Erat enim pater monachozum cir/
citer quingentoꝝ ꝛ famosissimus in omni/
bus Thebaide finibus habebatur. Ope/
ra enim magna erant ei: ꝛ virtutes mul/
tas signaqz plurima ꝛ prodigia faciebat p
eum deus. A pueritia nāqz in abstinentia
nutritus est: qui cum ad maturam perue/
nit etatem: gratia dei semper cum ipso
creuit. Erat enim annozū fere octoginta:

cum eum vidimus:in monasterioꝝ congregatione florentez: sed ꝛ ipsi qui videbãtur eius eẽ discipuli:ita perfecti erãt ꝛ magnifici: vt omnes pene possẽt signa facere Quindecim ergo annoꝝ secessisse ad euz beremũ ferebãt:atqz ibi cũ quadraginta annis fuisset ĩ exercitijs spiritalib⁹ uersatus:aiebant vocez dei ad eum delatazdixisse. Apolloni per te perdam sapientiã sapiẽtium in egypto: ꝛ ĩtellectũ prudentiuz reprobabo. Perdes aũt mibi ꝛ eos q̃ iter ipos sũt sapiẽtes babylõis:ꝛ oẽz culturã demoniorꝝ subrues. Perge ḡ nũc ad loca habitabilia. generabis enĩ mibi ppl̃m substãtiuz ꝛ pfectũ: emulatorẽ operũ bonoꝝ. At ille respondens ait. Aufer a me dñe iactãtiã:ne forte elatus super fratres meos: cadã ab omnibus bonis tuis. Respondit ad euz rursus diuina vox. Mitte manuz tuã ad ceruices tuas: ꝛ quod ꝓbẽderis cõstringe. Et sub arena obrue. At ille sine mora iecta manu ad ceruices suas. apprehẽdit quasi parulũ quendã ethiopẽ. ꝛ cõtinuo dimersit cũ sub arena clamãtẽ ꝛ dicentẽ. Ego sũ superbie demon. Post hec vox ad eum facta est a deo dicẽs. Perge nunc:oĩa enĩz quecũq̃z a deo poposceris: cõsequeris. Ille ergo post hec perrexit ad ea loca:ĩ quib⁹ homines habitabãt. Tẽporibus autem Juliani tyranni hec fiebant. Fuit autem in locis illis spelunca q̃daz beremo vicina: ĩ qua habitare cepit:indefinenter die ac nocte oratiõib⁹ vacãs. casq̃z vt aiebat p diẽ cẽtũ vicib⁹ totidẽq̃z noctis tempore curuans genua cõsignabat deo. Cibo autez magis celesti q̃z humano vtebatur. Indumentuz eius stuppeũ collobiũ erat: qđ apđ illos lebites appellat: ꝛ linteum quo colluz ꝛ caput obuoluceret. Que tamen indumenta permansisse ei ferebãt in deserto nunq̃z veterata. Erat ergo in vicino beremi loco in virtute spirit⁹ degens:signa ꝛ sanitates miras efficiens: quas enarrare p sui immẽsitate:sicut abbis q̃ cũ ipo erant seniorib⁹ cõperimus. vox nulla sufficiet. Fama autem magnifica de eo peruulgata cũ ammiratiõe oĩuz quasi ppheta aliquis aut apostolus haberi cepisset: vicinis e regionibus monachi diuersis ex locis ꝯuẽiebant ad eũ: ꝛ tãq̃z pio patri:magna mũera:suas singuli q̃q̃z animas offerebãt. At ille vnumquẽq̃z eorum tota religione suscipiens:alios ad bene operãdũ:alios ad bene intelligendũ ꝓuocabat. Sed ꝛ ipse prius ea ostẽdebat exemplis:que verbis docere cupiebat. Alijs quidem diebus vnũquẽq̃z apud semetipsum exercere abstinentiaz quã posset sinebat: die vero dominica gratia caritatis secuz oẽs cibum sumere hortabat: cum tamẽ ipse solitis abstinentie obseruatiõib⁹ deseruiret:herbis solũmodo aut oleribus vtẽs: nec vsuz aut ministeriũ ignis admittẽs. Hic cũ audisset iuliani vt supradiximus temporibus fratrez quẽdam ad militiam cõprehensuz detineri in carcere: ven it ad eum cuz fratribus consolandi gratia: vt moneret eum in necessitate tenere constãtiam:atqz imminẽtia contemnere ac deridere pericula. Tempus enĩ ait certaminis adest:in quo fidelium mentes temptationibus probande sunt ꝛ noscende. Cumq̃z his ꝛ alijs verbis roboraret animus adolescentis: superuenit cẽturio:ꝛ indignatus cur introire ausus esset:claues extrinsecus carceri imposuit: ipsum quoq̃z ꝛ omnes qui cum eo venerant pariter conclusit: quo scilicet etiam ipi similiter ad militie detinerẽtur officiũ Constituens quoqz custodes q̃plurimos abscessit. Medio autem noctis astare visus est angelus ingẽti luce resplendens: ꝛ obstupefactis perterritisq̃z custodib⁹: carceris claustra patefecit. Tunc vero ipi custodes aduoluti ad pedes sanctoruz:rogabant eos discedere dicẽtes:melius sibi eẽ mori pro bis q̃z diuie virtuti obsistere:quecorum curam gerebat. Mane vero etiaz ipse centurio cum principalibus viris festinus ad carcerez venit:rogans vt discederẽt omnes qui teneri videbãtur: dicebat enim domuz suam terremotu magno cõcidisse:ꝛ electos quosq̃z famulorum suoꝝ peremisse. Sancti ꝟo bis auditis hymnũ

deo laudesq; cecinerũt: ⁊ regressi ad here
mũ erãt i vnũ positi: ꝟm apostolorũ exẽ/
plum: habentes aiam vnam ⁊ cor vnum.
Pater aũt senior docebat eos vt quot/
tidie proficerent in virtutibus: ⁊ insidias
diaboli quas per cogitationes iferret ho
minibus: i initijs statī retunderẽt. Sic enī
aiebat. Si cõfrigatur caput serpentis: oẽ
eius corpus emortuũ redditur. Ob hoc
enim mãdat nobis deus obseruare caput
serpẽtis: vt omnino statiz ab initio: nec re
cipiamus malas ⁊ sordidas cogitationes ī
corde nostro. Quãto ergo magis diffũdi
non conuenit in sensib⁹ nostris cogitatio/
num fantasias: quas etiaz ab initio recipi
vetat? Sed ⁊ illud monebat: vt ī virtuti/
bus animi alter alteruz vincat: nec paria/
tur se vnusquisq; inferiorez proximo suo
fieri. Hinc aũt dicebat. Sciatis ergo vos
VIdimus et alium presbyterum in vicina regione noīe Apellen: vix iustū. Hic faber erat ferri: et que necessaria erāt fratribus operabatur Quodā autē tēpore cū ad fabrilia opera vigilaret i silētio noctis cōuersus diabolus i formā mulieris speciose venit ad eū tanq̄ aliquid ei operis deferēs. Tūc ille arreptū manu nuda de fornace ferrū cādens: i faciē eius iecit. At illa clamās et beiulans aufugit. ita vt omnes fratres qui i circuitu cōmanebāt: beiulatū eius fugiētis audirēt: et ex eo iam vir ille in vsu habuit ferrum candens manu nuda tenere nec ledi. Ad hunc ergo cum venissemus et humanissime nos suscepisset: poscebamus ab eo vt nobis vel de suis. vel de eorum quos precipuos in conuersatione sancta sciret virtutibus loqueretur. Tunc ille. Est inquit in hac heremo vicina frater quidam nomine Joannes: etate proiectus. vita. moribus. atq; abstinentia cunctos precellens. Hic primo cum secessisset ad heremum. tribus continuis annis sub cuiusdam saxi rupe stans: semper orauit: ita vt nunq̄ omnino resederit neq; iacuerit. Somni aūt tātū cepit quātū stās rapere potuit. Cibū vero nunq̄ nisi die dominica sumebat. Presbyter enim tūc veniebat ad eū. et offerebat pro eo sacrificium: idq̄ ei solum et sacramētū erat et victus. huic quodam die sathanas surripere volens: transfigurauit se in presbyterum: qui venire ad eum solebat: et preueniens horam solitam: simulat se sacramentorum gratia venisse. At ille vigilanter intelligens diaboli fraudē: cū idignatōe quadā ait ad eū. O oīs doli oīsq; fraudis pater: inimice oīs iusticie: non desinis seducēdo animas christianas: sed ausus es etiam ad ipsa te immergere terrifica et sacrosancta mysteria. At ille respōdit ei. Putaui iquit q̄ possim te ludificare. Sic enim et alium quendam ex vestris decepi: ita vt et mēte excederet: et perderet sensum. Quem cum credentē mihi insanum reddidissem tot iusti orātes pro eo: vix eum et loco et sanitati restituere potuerāt. Et hec cū dixisset demon: aufugit ab eo. Erat autem supradictus vir persistens i opere cepto. atq; in oratione perdurans. Pedes vero eius ex eo q̄ multo tempore immobiles fuerunt disrumpebantur: ita vt sanies ex eis proflueret. Tres aūt cū complerētur anni: affuit angelus domini: et ait ad eum. Dñs iesus christus et spiritus sanctus suscepti orationibus tuis: et corporis tui cicatrices sanat et celestis cibi. idest verbi et scientie sue tibi abundantiam donat. Et contingens os eius ac pedes: et ab vlceribus eū sanū reddidit: et repletū scientie et doctrine gratia famē cibi sentire nō fecit Jubet aūt trāsire eū ad alia loca. et heremū circūeuntem visitare etiā alios fratres: et edificare eos in verbo et doctrina domini. Dominica autem die ad eundem semper reuertebatur locum simili modo sacramentorum gratia: reliquis vero diebus etiā opus manuū faciebat: et operabatur iumentorum cingula ex palmarum foliis texens. vt in illis locis haberi moris est. Quodā vero tēpore claudus aliq̄s ire ad ipsum voluit: vt ab eo curaretur. Contigit autem vt animal ipsum q̄d ascēsurus erat cingulum manibus hominis dei factū haberet: Cum ergo īponeretur ille claudus supra iumētū: statim vt cōtigerūt pedes eius illud cingulū: sanus effectus est. Sed et quibuscūq; egris benedictū panē misit stati vt ex eo perceperūt: sanati sunt. Et alias multas virtutes et sanitates per eum dominus īpleuit. Habuit autem et hanc gratiam super omnes pene ceteros homines: vt vniuscuiusq; fratrum de vicinis monasteriis conuersatio ei reuelaretur: ita vt scriberet ad patres

eoꝝ ꝛ commoneret. ꝙ ille ꝛ ille segniter agũt nec rectũ in timore dei ꝓpositus gerũt: ille ꝺo ꝛ ille ĩ fide ꝛ animi virtute ꝓficiũt. Sed ꝛ ad ipos patres scribebat: aliis gdem ꝙ multus tedioſi essent erga frẽs ꝛ pusillanimes circa patiẽtiã: alijs vero ꝙ bene ꝺstãter ꝛ sollicite agerẽt: ꝛ sufficiẽter ꝺsolarẽtur frẽs: ꝛ gd huic meriti ꝓ virtuti b'. qd vero illi corrẽptõis ĩmineret a ꝺño ꝓ ignauia ꝑdicabat: ꝛ ita eoꝝ q absentes erãt actus ꝛ causas ac merita vel negligẽtiã ꝺscribebat: vt audientes hi de qb⁹ dicebat: conscientia conuicti negare nõ possẽt Docebat tamẽ omnes: vt a visibilib⁹ ꝛ corporeis rebus: coꝛ ꝛ animũ ad inuisibilia ꝛ incorporea trãsferrẽt. Tempus enĩ iquit est: vt ad huiusmodi studia transeamus. Neqꝫ enĩ semper pueri ꝛ sẽper infantes esse debemus: sed aliquando iam ad spiritalia ꝛ altiora coscẽdere: ꝛ viroꝝ sẽsus cape atqꝫ ad pfectiorẽ subire itelligentiã: vt possumus virtutibus animi enitescere. Sed ꝛ multa alia de hoc viro sanctus hõ dei appelles narratione nobis fidelissima cõmendauit. q̃ cũcta cõscribere: ꝛ lõgũ videt: ꝛ ꝓ magnitudine sui. nõnullis fortasse diẽtium vix credibile. De scõ papbũtio

Vdim⁹ et aliud mo

nasterium sancti papbuncij hoīs dei. q nominatissimus in illis locis anachorites: ꝛ vltimi habitatoꝛ fuerat deserti ĩ regionibus eracleos. splendide vr̃bis apud thebaidam. De hoc ergo fidelissima patꝝ narratione comperimus. ꝙ cuꝫ fuisset vite angelice: quodaꝫ tempore oꝛauerit ad deũ. vt sibi ostenderet: cui sãctoꝝ similis haberetur. Assistens vero angelus dei respõdit ei: ꝙ similis esset ſympboniaco cuidam q in uico illo cãtandi arte victum quereret. Tunc ille obstupefactus nouitate respõsi: cũ omni properatione pergens ad vicũ requirit hominem. Et cũ inuenisset. studiosissime ꝓcunctabat ab eo. qd nã sancti ꝛ religiosi opis gestum sit ei: omnesqꝫ actus eius curiosius discutit. At ille rñdit quod res erat se esse indignissime vite hominem peccatorem: atqꝫ ante nõ multum temporis ex latrone in istud quod nunc exercere videtur fedũ artificium deuolutũ. Papbuncius eo magis instabat regrens si qd ei forte vel iter latrocinia pij opis fuisset admissum: Nibil ingt mibi cõscius suꝫ boni. Hoc tamẽ scio ꝙ cũ inter latrones essem: capta ẽ aliquãdo a nobis virgo ꝺo cõsecrata. huius cuꝫ ceteri college mei latrones cuperent eripere pudorẽ: obieci me mediũ: ꝛ eripui eã de cõtaminatiõe latronũ: ꝛ nocte deducens eaꝫ vsqꝫ ad vicũ domui sue restitui intactã. Alio quoqꝫ tẽpore inueni mulierẽ honeste forme in beremo oberrãtẽ. Hec cũ interrogaretur a me: vel cur aut quomodo in hec loca deueniſſet: respondit. Nibil me interroges ifelicissimaꝫ mulierẽ: nec causas regras: sed si ancillã placet habere abducito quo uis. Mibi enim infelici ẽ maritus q debiti fiscalis gratia sepe suspensus ꝛ flagellatus ac penis omnibus cruciatus seruat in carcere: nec aliã ob causaꝫ producitur nisi vt tormẽta patiatur. Tres autẽ nobis filij fuerunt: q ꝓ eiusdẽ iã debiti necessitate distracti sũt. Ego quoqꝫ miserrima: quia ad similes penas inquiroꝛ: de loco ad locũ fugitans. inedia miseriaqꝫ confecta. per hec nunc latitans oberro loca: triduum hoc sine cibo iaꝫ ducẽs. Ego vbi hec audiui. miserat⁹ adduxi eam ad spelũcam. ꝛ reficiens animaꝫ eius fame collapsam dedi etiam trecẽtos ei solidos: ꝓ quibus se ac maritum ꝛ filios. non solum seruituti: sed ꝛ suppliciis asserebat obnoxios ꝛ reuocatam eaꝫ ad ciuitatẽ omnes eos data pecunia liberaui. Hoc solũ scio me feciſſe in latrocinio meo. Tunc pater papbuncius. Ego ingt nibil tale feci: tamen credo etiã ad te peruenisse ꝙ celebre papbuncij nomen inter monachos habeatur Fuit enim mibi nõ mediocris studii. vt vitam meam in huiusmodi excolerem disciplinis. Deus igitur de te mibi reuelauit: quia nibil minus apud ipsum meriti habeas q̃ ego: Quia ergo frater vides te non minimo loco haberi apud deũ: nõ negli-

gas animam tuaz. At ille statim fistulas quas manu gerebat abiiciens:secutus est eū ad heremū:z artem musicā in spiritalē commutans vite mentisqz armoniaz:per integrum triennium arctissime se tradidit abstinentie:in psalmis z orationib⁹ semet ipsum die noctuqz exercens. atqz iter celeste animi virtutibus agens: inter sanctorum angelicos chozos reddidit spiritum

¶ Posteaqꝫ hunc paphuncius omnis exercitij virtute consumatum p̄misit ad dñm ipse acriozibus semetipsum studiis qꝫ pri⁹ exercuerat agens. iterum domino supplicabat vt sibi ostenderet quis ei esset similis super terrā. Fit ergo vox ad euz dicēs Similem te esse nosce primario vici hui⁹: qui ē in proximo. Quibus auditis .paphūcius sine moza ad eum properans: pulsat ad ostium domus eius: Ille vero cui moris erat suscipere hospites. occurrit ei: atqz introduxit ī domū suam. lauās quoqz pedes ei⁹ apposuit mēsā:egitqz cōuiuium. iter epulas vero pcūctari paphuncius cepit ab hospite q actus eius:quod studiū:cuiusqz operis haberet exercitia. Ille vero cum de se humilia responderet:z latere in bonis qꝫ publicari mallet:perurgebat paphuncius dicens reuelatū sibi esse a domino q̄ dignus esset cōsortijs monachoꝝ At ille ergo magis humilioza de seipso sētiēs:aiebat. Ego quidē ī nullo mihi boni alicui⁹ sum ꝺscius. Uer:qz verbū dei factū est ad te:eū quē nihil latet celare nō possum. Hec ergo que mihi ī medio multoꝝ posito ī vsu sunt:loquar. Trigita iam cōpleti sunt anni:q̄ continentie consensum habere me cum coniuge mea nullus agnouit. Suscepi autem ex ea tres filios. boꝝ enim causa solūmodo cognita est mihi vxoꝝ.nec preter eā alia.nec ipsa vltra iā cognita. Suscipere hospites nūqꝫ cessaui: sed ita vt neminē ante me paterer aduenienti occurrere peregrino. Nō dimisi vnqꝫ de domo mea hospitē sine viatico:paupere nullū despexi:sed que necessaria fuerāt prebui. Si in iudicio sedi nec filij mei personam contra iusticiam accepi. Alieni laboris fructus:nūqꝫ introierunt in domum meam. Item si vidi nunqꝫ preterij donec reconciliarem dissidentes ad pacem: Nemo vnqꝫ deprehendit in culpa famulos meos: nunqꝫ greges mei leserunt fruges alienas. Uolentes seminare in rure meo nunqꝫ prohibui:nec yberioza mihi noualia elegi:z sterilioza illis ꝺreliqui. Quātum in me fuit: nunqꝫ permisi vt potentior infirmum premeret. Semper studui ī vita mea: vt neminem contristarem. Judicium si fuit apud me:neminem condemnaui :z dissidentes reuocare in concordiam studij. Hec interim mihi vite institutio deo donante hactenus fuit. ¶ Audiens autem hec beatus paphuncius caput eius exosculans: benedixit eum z dixit: Benedicat te dominus ex syon: z videas que bona sunt hierusalem omnibus diebus vite tue. Quia ergo bene hec et cōueniēter īplesti illud tibi ꝺest qꝺ bonoꝝ omniuz summum est: vt omittens cuncta.ipsam iā sequaris dei sapientiam z secretioris sciētie inquiras thesauros:ad quos aliter nō poteris peruenire.nisi abneges teipsum:z tollas crucem tuam.z sequaris christum. At ille cum audisset hec nihil moratus. nec omnino aliquid in domo sua ordinans secutus est virum: pergens cum ipso ad desertū. Cumqz veniissent ad flumē nusqꝫ ad transmeandum reperto nauigio : Paphuncius precepit intrare secum pedibus fluuium:cuius in illis locis profunda habebatur altitudo. Transierunt ergo pariter fluuium:ita vt aqua eis vix ad latera peruenireꝫ. Ubi vero veniunt ad desertū collocat hominem paphuncius in cellula quadam:haud procul a suo monasterio posita:z conuersationis spiritualis ordinem tradidit perfectorumqz studioꝝ exercitia doceꝝ:scientiarum quoqz secretioza concredit. Cūqz eū in omnibus īstruxisset semetipsuz denuo maioꝝibus exercitijs dedit:exiguos prioꝝes deputās laboꝝes.qb⁹ cōferri potuerit his qui seculi videbantur

actibus occupari: hoc enim sibi dicebat. Si isti qui sunt ī seculo tantū boni operis faciunt: quanto nos studere debem⁹ plus vel amplius in abstinētie labore eos aēmcedere. Tempore aūt aliquāto in his trā sacto ⁊ ad scientie perfectionem pducto: eu3 quem perfectum ia3 in operibus assū pserat: quadam die paphuncius sedens in cellula sua: videt animā eius inter angelorum chorꝛos assumptā dicētium. Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti: habitabit in tabernaculis tuis. Et cum hec audisset: agnouit assumptū esse ex hoc mūdo virū Tūc vo paphuncius persistebat ī ieiuniis ⁊ orationibus. semetipsum ad maiora ⁊ perfectiora extēdens: ⁊ rursus orabat dominum vt sibi ostenderet cui similis haberetur īter homines. Rursus ei vox diuina respondit dicens. Similis es negociatori quem videris ad te venientem: sed exurge velociter ⁊ occurre ei. adest enim vir cui te similē iudicaui ¶Et paphunci⁹ sine mora descēdens occurrit cuidam negociatori alexandrino: viginti milibus solidorum merces tribus nauibus deferenti ex thebaida ⁊ quoniam erat religiosus ⁊ bonorum operum studium gerens: decem leguminum saccos pueris suis impositos, ad monasterium dei hominis deferebat. ⁊ hec ei causa adeundi paphūciu3 fuit. At ille contin uo vt eum vidit. quid agis inquit o preciosissima ⁊ dꝛa digna anima? Quid tibi cū terrenis ē labor cui sors ⁊ societas cū celestibus data est? Relīque hec illis q dꝛa sūt ⁊ dꝛa cogitāt. tu āt regni dei ad qd vocat⁹ es negociator effice re: ⁊ sequere saluatorem. a quo paulo post assumendus es. At ille nihil omnino differens precepit pueris suis: vt omnia que supereſſent: multa enim ia3 ipse per se distribuerat pauperibus erogarent. Ipse vero sequens sanctū paphunciu3 ad desertū in eodem ab eo constitutus est loco: ex quo ⁊ priores ad deum fuerant assumpti. ⁊ similiter ab eo de omnibus instructus. in exercitijs spiritualibus ⁊ diuine sapientie studijs permanebat. breui autem tempore cōsumato: etiam hic trāslatus est ad congregationē iustoꝝ. Et nō multo post ipse etiam paphuncius: in ipsis summe abstinentie exercitijs ⁊ laboribus vitam posuit. Astitit enim ei angelus domini dicens ad eum. Veni iā benedicte domini: ⁊ ingredere ea que tibi debentur: eterna tabernacula. Ecce enim mecum assunt prophete: q te ī suum suscipiant chorum. Hoc autem tibi prius idcirco non reuelaui ne forte elatus damnum aliquod tui laboris incurreres ¶Et vnā post hec ī corpore adhuc positus diem ducens. cu3 quidam presbyteri ad eum visitandum venissent: omnia eis que sibi dominus reuelauerat nota fecit. dicens ad eos. Nullum in hoc seculo debere despici. etiam si latro sit aliquis aut in scena positus etiam si cultum ruris exerceat: ⁊ coniugio videatur astrict⁹ etia3 si negociator dicatur ⁊ mercimonijs inseruiat: tamē in omni ordine humane vite sunt anime deo placentes. ⁊ habentes actus aliquos occultos: quib⁹ delectatur deus. vnde constat nō tantū professionē vite aut habitus speciem. deo esse placitam quantum sinceritatem atq3 affectione3 mentis ⁊ operum probitatē. Et cū similia de singulis qbusq3 differuissem: tradidit spiritum. Euidenter autem presbyteri qui aderant: ⁊ oēs fratres viderunt eū ab angelis suscipi: hymnū cātātib⁹ ⁊ collaudātib⁹ deū. ¶De sci Jsidori monasterio

VIdimus apud thebaidam etiā Jsidori nominatissimum monasterium. amplissimis spaciis circunseptum muroq3 circundatum. in quo habitantibus viris larga prebebātur habitacula. ¶Intrinsecus putei plures. horti irrigui: omnium quoque pomorum arborūq3 paradisi ⁊ quecunq3 necessaria vsibus erant sufficienter immo ⁊ abūdāter prouisa: ob hoc vt nulli monachorum habitātium intrīsecus necessitas vlla fieret exeūdi foras ad aliqd requirēdū. Senior qdā vir magnus grauisq3: ⁊ de primis electus ad ianua3 sedens hoc habebat of-

ficij: vt aduẽtantes ea lege suscipiat. qua ingressi vltra non exeant. Si ergo semel ingredi placuerit stat immobilis lex: sed qõ ẽ ammirabilius. ingressos nõ iaz legis necessitas: sed vite beatitudo retinet ac perfectio. Hic ergo senior in ianua vbi ipe cõmanet: adherentẽ sibi habet hospitalẽ cellulã: i qua aduentantes hospitio recipiat: t oĩ hnmanitate refoueat: Ut ergo t nos ab eo suscepti sumus introeundi qdẽ copia nobis nulla fuit: ab ipso autez didicimus que institutionũ beatitudo gereret itrinsecus: Duos aiebat esse solos seniores viros gb9 pmissa ẽ ingrediẽdi i gredièdiqz libertas: qui opa fratrum dispensare: t q̃ necessaria sũt iferre curarẽt: ceteros vero ita eẽ i silẽtio t qete. orationibus t religiosis studiis operam dantes atque animi virtutibus pollentes. vt omnes signa faciant. t quod vere omniuz mirificum fignuz fit. nullus eoz egritudinẽ cuiusqz infirmitatis icurrit sz cũ vnicuiqz vite finis affuerit: oĩmodis p uoscens t indicãs ceteris frib9 suis ð suo exitu. atqz valedicẽs ad ẽ ipsuz recubãs spũz let9 amittit. De scõ Serapione.

Sed t in regione arsenoyte. serapionem quendã presbyterum vidimus: multorum monasteriorum patrem: sub cuius cura plura t diuersa monasteria. quasi decem miliũ babebãtur monachoz: qui omnes ex laboribus ppriis: quos p̃cipue messis tempore mercede manuum oquirebant: partẽ plurimã ad supradictuz patrez cõferentes: in vsus pauperum destinabant. Hoc autẽ moris erat nõ soluz ipis: sed t oĩbus pene egypti monachis vt messis tẽpore locent ad metẽdũ opera sua. atqz ex ea mercede. octogenos vnusquisqz modios frumenti: plus minusqz conquirit: t hoz partẽ plurimam pauperum vsibus offerunt. Unde non solum regionis ipius indigentes alant̃: sed t alexandriam naues frumẽto onuste diriguntur: vel in carcere cõclusis: vel religo peregrinis ac egentib9 p̃rogande. Neqz enim intra egyptum sufficiunt pauperes: g possint misericordie eoz fructus t largitates absumere. Uidimus autez t i regionibus mempheos t babylonis inumeras multitudines monachoruz: apud quos t diuersas virtutum gratias. ac moz ornamenta pspeximus. Ibi autẽ tradũt esse loca illa i qbus ioseph fertur recõdidisse frumẽta quos t thesauros ioseph vocãt. Alii vero pyramidas quas dicunt ipsas esse in qb9 vt putant frumenta tunc congregata

De scõ apollonio monacho t martyre.

Gradebant ergo seniores hoz fuisse quẽdam psecutionis tempore monachum: nomine apollonium. Qui cũ vitã magnificam egisset inter fratres: etiam diaconus ordinatus ẽ: Tempore ergo psecutionis erat ei studium singulos quosqz circuire fratres t cohortari eos ad martyriuz. Cũqz fuisset etiam ipse cõprehensus. t in carcerem trusus: gentilium plurimi tãq̃ insultaturi veniebant ad eum: t verbis blasphemis t impiis confutabant. Inter quos fuit qdam philemon nomine choraula famosissimus t omni populo amabilis. Qui cum multis euz fatigaret iniuriis impiuz t scelestũ t seductorem vocãs multorũqz mortaliũ deceptorem dignumqz esse ab omnibus odio haberi. Cũqz hec t multa alia aduersum eum grauiora loq̃retur respondit ei apollonius dicens. Misereatur tibi de9 fili: t nihil tibi hoz que locutus es reputet ad peccatũ. Hec cum audisset philemon corde cõpunctus est: vimqz verboz eius supra humanum mozẽ in sua mente pẽsit intantum vt xp̃ianum se repente fateret̃ Et inde statiz peruolat ad tribunal iudicis atqz i ospectu toti9 ppli proclamãs inuste inquit agis o iudex: viros religiosos t dõo amabiles puniens. nihil enĩ xp̃iani vel male faciunt vel docẽt. At ille hec audiẽs primo qdẽ putabat vtpote loci illi9 hominem ioci aliquid proponere: Sed cum vidisset hec cũ serio p̃sequẽtẽ: t cũ oi ostãtia asserẽtẽ: isanis inquit o philemõ t mẽte capt9 es subito? At ille. Ego iquit nõ isanio: s;

tu iniustissim⁹ atq; insanissimus iudex es: qui tot iustos iniuste perimis viros. Ego enim xp̃ianus sum: qđ est hominum genus optimum: Tunc ille coram populo cepit eum primo plurimis blandimentis reuocare velle in id quod eum nouerat: ꝛ vbi immobilem vidit. omnia intendit in eum genera tormentoꝝ. Cognito vero qđ ex verbis apollonii hec ei fuerit facta permutatio: correptum etiam apollonium grauioribus subdidit tormentis: ꝛ decepторis ī eum crimen exaggerat. Apollonius vero vtinam inquit ꝛ tu iudex ꝛ oẽs qui assistũt ꝛ audiunt me: hunc meũ quez dicis errorem deceptionẽq; sequeremini At ille vbi hec audiuit: ꝛ ipsũ ꝛ philemonẽ ignibus tradi in cõspectu populi iubet. Illi vero postq; ingressi sunt flammas: beatus apollonius cunctis audientibus clamat ad dominũ dicens. Non tradas dñe bestiis animas confitentium tibi: sed ostẽde nobis domine cuidenter salutare tuum Igitur vbi hoc in auditu populi ꝛ iudicis ad dominum locutus est apollonius: repente nubes repleta rore circundedit viros: ꝛ flãmas accẽsi ignis extinxit. Sup quo obstupefacti ꝛ iudex ꝛ populus: vna voce omnes clamare ceperunt. Magnus ꝛ vnus ẽ deus xp̃ianoꝝ solus imortalis. Sed hec cũ fuissent p̃fecto alexandrie nunciata. semetipso truculentior redditur: ꝛ electis gbusdã de officio crudelissimis ꝛ seuissimis ñ tã hoīb⁹ q̃ bestiis mittit g ꝛ ipsũ iudicẽ g mirabilib⁹ diuinis crediderat ꝛ cos p quos virtus dei apparuerat vinctos in alexãdriã deducerent. Igitur cũ adducerentur omnes pariter vincti: affuit gratia dei in verbo: ꝛ cepit apollonius eos qui se vinctos ducebãt fidẽ dei docere. Quicq; cũ dñi misericordiã credidissent: ꝛ fidẽ dei tota cordis firmitate recepissent: semetipsos cũ bis quos exhibere venerãt vinctos offerunt iudici: ꝛ xp̃ianos se esse pariter p̃fitẽtur. Quos cũ p̃fectus ī fide dei pertinaces ꝛ immobiles peruidisset: vniuersos pariter iubet ī profundum maris dimergi: ignorans impius quid ageret. Hoc enim sanctis nõ mors sed baptisma fuit. Sed horum corpora sine dubio dei ꝓuidẽtia ītegra illibataq; maris vnda reportauit ad litt⁹: queq; ab his qui obsequij causa simul venerãt suscepta ac reuocata. sub vno sepulchri domicilio collocata sunt: a quibus vsq; ad p̃sens tẽpus virtutes multe ꝛ signa mirãda oĩbus ꝟsumãtur: sed ꝛ vota oĩuz atq; oratões suscipiũtur ab eis: ꝛ cũ fructu petitiõis iplẽt quo etiã nos dignat⁹ẽ dñs adducere: ꝛ vota nr̃a oratõesq; ꝟplere.

De scõ dyoscoro.

VIdimus ꝛ aliuz venerabilẽ patrẽ apud thebaidam Dyoscorũ noie presbyterꝝ: habẽtẽ ī monasterio suo cẽtũ fere monachos: quẽ tẽpore eo quo acceditur ad sacramẽta: sũmã curã summãq; ꝓspeximus adhibere diligentiã: ne quis eoꝝ qui accedũt ī aliquo deferret cõsciẽtie maculã: intãtũ vt etiã de bis eos cõmoneret: que accidere per somnia hominibus solẽt: vel per fantasias mulierum apparẽtium. vel etiã per naturalis humoris abundantiam. Dicebat ergo siquidem absq; mulierꝝ fantasijs tale aliquid eueniat: nõ esse peccatũ. Ingenitus enim humor ī corpore vbi ꝓpria repleuerit receptacula: suis necesse ẽ vt meatibus degeratur: ꝛ ideo nõ trahat ad pctm̃. Ubi vero visus mulierꝝ ꝛ blãdimẽta carnis occurrũt: ī ꝟ iã ꝟsidis cie. ꝛ erga huiusmodi cogitatões atq; illecebras occupate vari ꝟfirmabat ĩdicia. Debere g̃ monachos aiebat oĩ genere a cogitatõib⁹ suis repellere huiusmodi symulacra: nec ĩdulgere eos omnio ī hec blãdimẽta dilabi sẽsus suos: alioquin nihil ĩtereẽ videbit ĩter eos ꝛ illos q sc̃lo viuũt Sed laborãdũ ẽ monachis: vt etiã naturalẽ humorẽ per multã ieiunioꝝ abstinẽtiã ꝛ frequẽtes oratões domẽt ac superẽt: fluxãq; ei⁹ labẽ: oratõis ꝛ ieiunij ꝟtinuatiõe pstringãt. Denicq; aiebat. ꝛ q in delitijs viuũt: si forte corporis sui egritudo ꝟposcat ab oĩb⁹que noxia esse iudicauerit medic⁹ abstinebũt: cur non hec multomagis monachus faciat cui anime ꝛ spiritus sanitas

expenēda est. De Nytrie monasterijs.

VEnimus autem et ad nytriā famosissimū i omnibus egypti monasteriis locū: qui quadraginta fere milib⁹ abest abalexandria: ex nomine vici adiacentis: in quo nytruz colligit: nytrie vocabulū trahens prospiciēte boc credo iam tunc diuina prouidentia: q in illis locis peccata bominū tanq̄ nytro sordes abluēda esset. ⁊ abolēda. In hoc igit loco qngenta fere aut nō multominus cernūt vicina sibi ⁊ sub vno patre posita monasteria: in qbus aliqui plures simul. alii pauci nonnulli etiam singulares babitant ⁊ mā sionibus quidez diuisi aīo autem ac fide ⁊ caritate valde coniuncti ⁊ insepabiles manent. Huic ḡ cū appropinquaremus loco vbi pegrinos fres aduentare senserūt seruí dei: continuo velut examen apum. singuli quiqz ex suis cellulis pruunt. atqz i obuiā nobis leto cursu ⁊ festina alacritate ostendūt: portantes secuz ꝑplurimi ipsorū vrceos aque ⁊ panes. ſm q̄ ꝓphēta corripiens quosdā dicit: quia non existis filiis israel in obuiā cuz pane ⁊ aqua. Tunc deinde susceptos nos adducunt. primo cū psalmis ad ecclesiaz. lauant pedes: ac singuli quiqz lintheis quibus vtebantur: abstergunt quasi vie labore leuantes: re aūt vera vite bumane erumnas. mysticis traditiōib⁹ abluētes. Quid ergo nunc ō bumanitate eoruz: quid de officiis quid ō caritate loquar: cū omnes gestirent nos ad suum quisqz introducere monasterium ⁊ non ea solum: que bospitalitati debentur expleri: sed ⁊ insuper aut de bumilitate qua ipsi pollebant docere aut de mansuetudine atq̄ aliis huiusmodi bonis: que apud illos velut ad boc ipsum de seculo secessratos: diuersa quidem gratia: vna tamen cadēqz doctrina discuntur. Nusq̄ sic vidimus florere caritatem. Nusq̄ sic vidimus opus seruere misericordie: et studium bospitalitatis impleri. Scripturarū vero diuinaꝝ meditationes ⁊ intellectus atqz scientie diuine. nusq̄ tāta vidim⁹ exercitia vt singulos pene eoꝝ oratores: credas i diuina esse sapia. De loco q dr Lellia.

POst hunc vero alius est loc⁹ i deserto iteriori: decē fere ab boc milib⁹ distās: quē locū p multitudine dispersaꝝ i heremo cellulaꝝ: cellia nominauerūt. Ad hunc locuz bi qui ibi prius fuerunt ibuti. ⁊ secretiorē iaz deposi tis rudimentis ducere volunt vitā secedūt Heremus eni est vasta. ⁊ cellule tanto inter se spacio disrepte diuiduntur. vt neqz in conspectu sibiinuicez. neque i vocis auditu sint posite. Singuli per cellulas commanent: silentiuz ingēs ⁊ quies magna inter eos ē. die tantū sabbati ⁊ dominica in vnuz ad ecclesiā cōueniunt: ⁊ ibi semetipsos iuicē tanq̄ celo redditos vident. Si quis forte in cōuētu illo defuerit. itelligūt statum eū corporis aliqua iequalitate detentum: ⁊ ad visitandum eum. non omnes simul sed diuersitate temporis omnes aduenit: portantes vnusquisque si quid apud se est. quod egro possit gratum videri. Aliam vero ob causan nullus audet primi sui obturbare silentia: nisi si qs forte q potest verbo istruere: ⁊ velut athletas i agone positos: sermonis consolatione vngere. Multi ipor a tribus ⁊ quatuor milib⁹ passuum ad ecclesiam cōueniunt. ita longo a semetipsis spatio babitationis eoruz cellule dirimuntur: sz caritas in eis tanta ē: ⁊ tanto inter semetipsos ⁊ circa oēs fratres constringuntur affectu: vt in ammiratione ⁊ in exemplo sint omnibus. Unde ⁊ si quis forte voluerit babitare cum eis: vbi intellexerint vnusquisqz cellulaz suā offert. De sancto Ammonio abbate.

VIdimus quendaz apud eos venerabilē patrez Ammoniū nomine: virū i quē dns oēz plenitudinē spūalium ꝓtulerat grāz. Caritatis in eo grāz si videres: nibil tale vsq̄ videre te crederes. Sz si bumilitatē ꝓsiderares lōgo eū i b⁹ dono pstātiorē ceteris fateris Et rursus si patiaz si mānsuetudinez:

si benignitatē. in singulis eum ita precelle re iudicares: vt quid cui preferri debeat ignorares. Donū vero sapiētie ⁊ scientie tātū ei cōtulerat dominus: vt nulluz fere ex omnibus patribus ita penetrasse au / las totius sciētie crederes nec ita aliquez receptū esse intra cubiculū sapientie dei: omnes quicūqz cū viderant: faterentur. Huic erāt duo fratres Eusebius ⁊ Euti / mius. Nā dioscorus qui maior natu in eis fuerat: ad episcopatus officiū raptus est. Hi ergo fratres erāt ei nō solū carne: sed ⁊ vita atqz institutione: ⁊ tota animi virtute germani. Qui omnes simul eos qui ī illis locis habitabāt fratres. tanqz si nutrix fo / neat filios suos. ita vnūquēqz istruentes cōsolabātur. ⁊ docētes ad summaz perfe ctionem nitebantur educere. ¶ Uidimus ergo supradictū hominē dei Ammonium habentē monasteriū inter eos muro circū datū: quod in illis locis ex lateribus cru / dis fieri facile solet: amplū ⁊ omnibus ne / cessarijs instructū: in quo etiā puteū ipse foderat. Uenit autē quidā frater saluari apud eos volens: adijt eundē Ammoniū rogans vt sicubi esset cellula vacans. in qua habitari posset. Tunc ille. Ego inquit requirā: sed donec inueniā hic esto ī hoc monasterio. Ego enī iā nūc egrediar vt re grā. Et reliquēs ei oīa pariter cū monaste rio: ipē ꝑcul ab eo loco paruissimā cellulā repperit: atqz ī ea ꝯstituit. fratriqz q nuper aduenerat nec itelligenti: ex itegro cum omnibus que ī eo fuerāt cessit monasterio Sed etsi plures fuissent. q forte veniētes ad eos saluari cuperēt: supradict⁹ vir fra tribus cōgregatis. omnibus cū alacritate iuuātibus sub die vna monasteriū cōstru / ebāt. Et cū singulis quibusqz expleuisset numez monasteriorz: inuitabantur hi qui mansuri erant ad ecclesiam. quasi refecti / onis gratia: quibus inibi occupatis. vnus / quisqz fratrum de cellulis suis proferen / tes que necessaria erant: singulorum no / uas cellulas instruebant: ita vt ex colla / tione caritatis nihil omnino. vel vtensi / liū vel que ad victū requirūtur: deessent: nec tamē manifesta fieret vniuscuiusqz oblatio. Regressi ergo ad vesperā bi qui / bus fuerāt cellule preparate: iueniebāt po sita omnia que ad vsus essēt necessaria. et ita instructa habitacula: vt nihil prorsus deesse prospicerent. ¶ De sancto Didimo.

UIdimus inter eos quēdā ex senioribus vir bonum noie Didimū: ī quo multa erat dñi gratia quā ī eo etiam vultus ipse idicabat. Hic scorpiones ⁊ cerastas. idest bestias quas cornutas vocāt. ⁊ angues qui ī illis locis pro feruore solis acerrimi habētur. tanqz terre quosdam vermiculos pedibus con / culcabat: ⁊ ita extīguebat. vt nihil ab eis omnino pateret. ¶ De sancto Cronio.

UIdimus etiam ali um apud eos summe ātiquitatis patrē Croniū noīe: ī senectute bona ⁊ pfe cta etate durātē. cētū nāqz ⁊ decē agebat etatis annos. Hic ex discipulis adhuc be / ati Antonij supererat: cuius inter ceteras animi virtutes humilitatis gratiam vidi / mus immensam ¶ De sancto Origene

ERat autem ⁊ alius adhuc ex discipulis Antonij Ori genis noīe: vir ꝓ oīa magnific⁹: ⁊ summe prudētie: cui⁹ sermo ⁊ narratio de virtuti b⁹ optimi magistri boīs dei edificabat oēs audientes. ⁊ inflammabat vehementer. ita vt oculis cerni que ab eo narraban / tur putares. ¶ De sancto Euagrio.

UIdimus ibi ⁊ sapi entissimū virz ac ꝓ oīa mirabilez Euagriū noīe cui iter: ceteras animi vir / tutes: tāta ꝯcessa est gratia discernēdorz spirituū: ⁊ purgādarz: sicut aplus dicit: co / gitationū. vt nullus alius putaret ex fra / trib⁹ ad tātā subtiliū ⁊ spūaliū rerz scientiā puenisse. Cui q̄uis reb⁹ ipsis ⁊ expimētis ⁊ qđ est sup oīa: ꝓ grāz dei magna collata fuerit itelligētia: accidit tamen ⁊ hoc: vt mlto tēporе istruct⁹ fuerit a btō Macha

rio:quē famosissimū i ōi gratia:signisq3 ꝛ virtutibus ilignē fuisse oībus notum est. Hic ergo Euagrius icredibilis erat absti nētie.super omnia tamē monebat fratres si qui forte studium gererēt vel humiliādi corporis.vel fātasias ab eo demonū pro/ pellēdi:ne i bibēda aqua largiore mēsura vterētur dicebat enim. Quia si aqua mul/ ta corpori infundatur :maiores fantasias generat ꝛ largiora receptacula demonib⁹ prebet. Sed ꝛ multa alia de abstinētia:sū/ ma cū deliberatione edocebat. Ipse autē non solū aqua parcissima vtebatur: sed ꝛ pane penitus abstinebat. Illi vero qui in illis locis morabātur fratres:pane solo et sale cōtēti crāt: vt i illa omni multitudine: vix inuenires aliquē qui oleo saltim vtere tur. Plures aūt ex eis:nec iacētes somnū sed sedentes: ꝛ vt ita dicam:in meditati/ one diuinorum verborum positi capie/ bant. De sancto Macario egyptio.

MArrabant autem nobis quidā ex patribus qui ibi erant q̄ in locis illis duo Macharii:qua/ si duo celi luminaria refulsissent:ex quib⁹ vnus egyptius genere.ꝛ discipulus beati Antonii ufit.alius alexandrinus. Quib⁹ vt vocabula nominis:ita virtutes animi. ꝛ celestium gratiarū magnificētia concor dabat. Uterq3 enim Macharius abstinē tie exercitiis ꝛ virtutibus animi equaliter pollens:hoc solo alius precellens q̄ quasi hereditatē gratiarū ꝛ virtutū beati Anto nii possidebat. Nunc deniq3 ferūt.aliquā do cum homicidiū in locis vicinis fuisset admissum.ꝛ innocenti cuidā impigeretur crimen admissi:confugisse ad eius cellulā is qui calumniā patiebatur:affuisse etiaz eos qui purgebant.allegantes ꝛ dicētes piclitari seipsos.nisi cōprehensū legibus traderent homicidā. Dis vero cui crimē impingebatur cum sacramentis affirma/ bat:conscium se non esse sanguinis illius Et cū diu ab vtraq3 pte certamē haberet interrogabat sāctus macharius vbi sepult⁹ esset.q dicebat occisus.Cūq3 designasset locum:cum omnibus q ad purgendum ho minē venerant.pgit ad sepulchrū.atq3 ibi fixis genibus inuocato xp̄i nomīe ait ad eos q assistebāt. Nunc dīs oīdat si vere reus est hic:q purgetur a vobis. Et eleua ta voce:ex nomīe clamabat defunctum. Cumq3 ei vocatus de sepulchro respōdis/ set:ait ad eum. Per fidem xp̄i te obtestor vt dicas si ab hoc homine qui calumniā patitur occisus es. Tunc ille de sepulchro clara voce respondit: dicens. Nō se ab eo esse interfectū. Et cū obstupefacti omnes decidissent i terrā:ac pedib⁹ eius aduolue rētur:rogare ceperūt vt interrogaret euz a quo esset occisus. Tunc ille.hoc inquit nō interrogabo. Sufficit enim mihi vt innocēs liberetur:non est autem meum vt reus p/ datur. Aliud quoq3 eius genus miracu li ferebatur. Cuiusdaz e vicino oppido pa trisfamilias virgo filia per fantasias magi cas videbatur hominibus in equinum ani mal versa: vt putaretur equa esse:ꝛ nō pu ella. Hanc adduxerunt ad eum. Tunc ille percūctaꝰ Quid sibi vellent. Aiunt pa/ rentes eius. Equa hec quam vident oculi tui puella virgo ꝛ filia nostra fuit:sed ho/ mines pessimi magicis artibus in animal hoc quod vides eā verterunt. Rogamus ergo vt ores dominum:ꝛ commutes eam in id quod fuit. At ille ait. Ego banc quaz ostenditis mihi puellam video:nihil i se pe cudis habentem. Hoc autem quod vici/ tis non est in eius corpore:sed in oculis in/ tuentium. Fantasie enim demonum sunt iste:non veritas rerum. Et cum introdu/ xisset eam cum parentibus suis intra cellu lam.fixis,genubus orare christum cepit:si/ mulq3 ꝛ parentes hortabatur secum do/ mino supplicare:ꝛ post hec perungētes eā oleo in nomine domini: omni fallacia vi/ sus expulsa:virginem videri omnibus vt etiam sibi videbatur:effecit. Alia quoq3 iunior puella ad eum deducta est: cuius obscena corporis:ita omni ex parte com/ putruerunt: vt consumptis carnibus inte/ riora quoq3 ꝛ secreta nature nudarentur: ac vermium ebulliret inde innumera mul

titudo: ita vt nec accedere quidem quif quam ad'eam posset.pre fetoris horrore. Nec cum allata a parentibus. ⁊ proiecta fuisset ante fores eius:miserans virginis cruciatus.equo animo iquit esto filia. hec tibi ad salutem dominus non ad interitū dedit. vnde prouidendum, est magis. vt sanitas tua .nullum tibi periculum confe rat. Et.cum institisset orationibus per septē continuos dies:⁊ oleum benedicēs in no mine domini perungeret mēbra eius: ita eam sanam reddidit. vt muliebris in ea nature nulla forma.nulla species appare/ ret :sed esset ei inter viros conuersatio. absq; feminee suspitionis;obstaculo. ¶Aie bant preterea ⁊ aliquādo veniſſe ad eū he reticum quendam hieracytam:quod ge/ nus hereseos inuenitur apud egiptū. Hic cum per multam loquendi artē.plurimos fratrum qui habitabāt;i heremo cōturba/ ret ausus'est etiam coraz ipso fidei sue as/ serere prauitatem.Cui cum resisteret seni or ⁊ contradiceret.ille verba simplitia ar/ gumentis callidis eludebat.Sed cū vide ret sanctus fidem fratrum periclitari: qd opus est inquit nos verbis contēdere ad subuersionez audientiuz:Exeamus ad se/ pulchra fratrum.qui nos precesserunt in domino. ⁊ cui;nostrum cōcesserit domin⁹ suscitare mortuuz de sepulchro.sciant oēs quia illius fides probatur a deo.Sermo hic omnibus qui aderant fratribus placu it.Processerūt ad sepulchra:hortat̄ Ma/ charius hieracytam vt euocaret mortuuz in noīe domini:At ille Tu inquit qui pre posuisti prior euoca. Et Macharius pro sternens se in oratione ante dominuz:vbi sufficienter orauit eleuatis sursum ocu/ lis suis ait ad deum.Tu inquit domie qs ex duobus nobis rectā fidem teneat ostē/ de: eleuato mortuo hoc ¶Et cum hec dixisset.fratris cuiusdam nomen qui nu/ per fuerat sepultus euocauit:cui ille cum de tumulo respondisset.accedentes fra/ tres continuo que superposita erāt aufe/ runt. ⁊ eductum cum de sepulchro resolu tis fasciolis quibus constrictus erat exhi buerunt viuentem. Hieracyta vero vbi hec vidit:obstupefactūs in fugam verti: tur.Quem fratres quoq; omnes insequē tes:extra terminos terre illius exturba/ uerunt.Multa etiā alia ferebantur ō eo que nimis plixa sunt ad scribendū:sed ex his paucis etiā cetera eius opera noscū¯ ¶De virtutibus alterius Macharij videli cet Alexandrini .

ALius vero sāctus Macharius. magnificas etiam ipse virtutes consumauit:de quibus ⁊ ali nōnulla scripserunt:quc sufficere possunt; ad virtutis eius magnitudinē cōtuendā:⁊ ideo nos ea cōpendio preterimus. Fere/ bant tamen eum amatorem fuisse heremi super omnes ceteros.ita ut etiā vltima ⁊ iaccessibilia deserti perscrutatus sit loca vsq; quo inueniret vt ferebatur locū quē dam:in vltimis heremi constitutū ⁊ diuer sis ac pomiferis arboribus consitū.⁊ om/ nibus bonis repletū :vbi etiam duos fra/ tres inuenisse ferebatur:quos cū rogaret ut paterentur a se deduci illuc monachos vt ibi habitarent quoniā quidem locus ⁊ amenus esset :⁊ abundans in omnibus necessariis.Responderunt. Nō posse ad huc illuc plures adduci:ne forte veniētes per heremū a demonibus deciperentur Multos enim dicebant esse demones in deserto ac monstra:quoz molestias ⁊ ca/ liditates ferre multitudo īsueta nō posset Regressus,tamen ad fratres cū idicasset de oportunitate loci: multorū, inflāmati sunt animi. vt pergerent illuc cuz'eo.Sed vbi patres reliqui senserunt animos iuue num concitatos:repressērūt eos'salubrio re consilio dicentes. Locus iste si vere vt iactatur a Jamne ⁊ mambre consitus est non aliud de eo credendum est.nisi quot diaboli opere ad deceptionem nostram preparatus sit.Si enim vere ut perbibēt delicioſus est ⁊ abundans:quid sperabi/ mus in futuro seculo: si hic deliciis frui/

mur? Et hec atq; alia huiusmodi dicentes iuuenum feruentes animos represserunt Locus autem in quo habitabat ipse sanctus Macharius Scithium appellatur Est autem in beremo vastissima positus viei ⁊ noctis it. r habens de nytrie monasteriis: ⁊ illuc nulla semita neque terrenis aliquibus colligitur vel monstratur indiciis: sed ⁊ stellarum signis ⁊ cursibus pergitur. Aqua raro inuenitur ⁊ sicubi inuenta fuerit. odoris quidem viissimi ẽ ⁊ qua si bituminea: sed saporis innoxij. Sunt ergo ibi viri valde perfecti: nec enim pateretur tam terribilis locus nisi perfecti proposiri habitatores: summeq; constantie. caritatis tamen inter se ⁊ erga omnes. si g forte ad eos accesserit: sūmū studiū gerūt. ferī denicq; cū sācto machario vuā qs aliquādo vetulisset. ille qui secūdū caritatē nō que sua sunt. sed que alterius cogitaret: ad aliū fratrē detulit eā qui quasi ifirmior videbatur. Tūc ille gratias egit deo pro fratris offitio: sed ⁊ ipse nihilominus plus de proximo q; de semetipso cogitans ad aliū pertulit: ⁊ ille itē ad aliū. Et sic cuz per omnes cellulas que lōge a semetipsis per beremū dispersē erant vua circūlat esset: ignorantibus eis quis eā primo misisset: ad vltimuz ipsi defertur qui eā miserat Gratulatus est autē sanctus Macharius q; tantā videret in fratribus continentiā: tantamq; caritatem: ad acriora semetipsorum spiritalis vite extendit exercitia. Ad fidem namq; confirmandam nobis affirmatum de eo est. ab his qui ex ore eius audierant: q; quodam tempore noctis. demon ad ostium cellule eius pulsauit dicēs Surge abbas Macharī ⁊ eamus ad collectam: vbi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille qui gratia dei repletus falli non poterat: intellexit diaboli esse fallatiam: ⁊ ait. O mendax ⁊ veritatis inimice Quid eniz tibi consortij: quid societatis est cum collecta ⁊ congregatione sanctorum. At ille. Latet ergo te inquit o Macharī q; sine nobis nulla collecta agitur: nulla q; congregatio monachorum: Uem veniq;: ⁊ videbis opera nostra. Tum ille. Imperet inquit tibi dominus: demon immunde: Et conuersus ad orationem: petijt a domino: vt sibi ostenderet si hoc verum esset: quod gloriatus est demon. Abijt ergo ad collectam vbi a fratribus vigilie celebrabantur: ⁊ iterum in oratione dominum deprecatur: vt sibi veritatem verbi huius ostendat. Et ecce vidit per totam ecclesiam quasi paruulos quosdam pueros ethiopes tetros discurrere huc atque illuc: ⁊ velut volitando deferri. Moris autem est inibi sedentibus cunctis: ab vno dici psalmum: ceteris vel audientibus vel respondentibus. Discurrentes ergo illi ethiopes pueri: singulis quibusque sedentibus alludebant: ⁊ sic vbi duobus digitulis oculos compressissent: statim dormitabat. Si cui vero in os immersissent digitum: oscitare eum faciebant. Ubi vero post psalmum ad orandum processissent fratres: precurrebant nihilominus singulos ⁊ ante alium iacentem in oratione quasi mulierculspe ferebāt añ aliū q̄si edificantes: aut portantes aliqdaut diuersa queq; agētes apparebāt. Et quecūq; demones quasi ludendo formassent hec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant. A non nullis tamen vbi aliquid horum agere cepissent. quasi vi quadā repulsi precipites dejciebantur: ita ut nec stare qdē prorsus aut transire iuxta eos auderent: aliis vero etiam ifirmis fratribus supra ceruices ⁊ dorsa ludebant: quia non erant in sua oratione intenti. Hec cum vidisset sanct⁹ Macharius ingemuit grauiter: ⁊ lachrimas profundens ad dominum respice: ait domine. ⁊ ne sileas neq; mitigeris de⁹ Exurge vt dispergantur inimici tui. ⁊ fugiant a facie tua: quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem tamen examinande veritatis gratia seorsū euocatis singulis quibusq; fratrib⁹ āte quoz faciē viderat demones diuerso habitu. ⁊ varijs ymaginib⁹ ludentes. re-

quirit ab eis si i oratione vel edificandi cogitationes habuerint. vel iter agendi vel alia diuersa que vnicuiq3 imaginata per demones viderat: ꝛ singuli eo2 ita confitebant in corde suo fuisse vt ille arguebat ꝛ tunc intellectum e. q3 oes vane ꝛ superflue cogitationes quas vel psalmo2 vel orationum tempore vnusquisq3 concepe rit: ex illusione demonum fiant: ab bis aut qui omni custodia seruant cor suum: tetri repelluntur ethiopes. Deo enim coniuncta mens: ꝛ in ipsum pcipue tempo2 e orationis intenta: nihil alienum. nihil superfluum recipit. Aliud quoq3 multo terribilius addebat. qd vidisset eo tempore quo fratres accedebant ad sacramenta. Ubi porrexissent ad suscipiendum palmas. in nonnullo2 manibus preuenientes ethiopes carbones deponere. corpus autez qd̄ tradi manibus sacerdotis redire videbat̄ ad altare: aliis vero quos melio2 merita iuuabant. extendentib⁹ manus ad altare. longe recedere demones: ꝛ cum ingenti metu effugere: angelum enim domini assistere videbat altari. q cū sacerdotis manu. suam quoq3 manū in sacramento2um distributione exponeret. Et ex hoc iam p̄manssit ei a deo gratia ista: vt in vigiliis fratrum psalmo2 ꝛ orationis tempore: si quis aliud aliquidꝑm illusione3 demonū i corde cogitasset: agnosceret: ꝛ accedentiū ad altare. vl̄ idignitates vel merita eū uō laterent. Quodam autez tēpore ambo Machariī homines dei cum fratris cuiusdam videndi gratia iter agerent ascenderunt nauigium: quo fluuius transiri solet In quo nauigio erant simul qdam tribuni diuites homines prepotentes: equos plurimos ac pueros ꝛ multa secuz ministeria habentes. Do2 vnus cū videret i vltima nauigii parte vilibus indumentis atq3 ad omnia expeditos iacere monachos ait ad eos. Beati estis vos q huic seculo illuditis: nec quicq̄ ex eo iquiritis: nisi indumentum vilissimum ꝛ parcissimum victum Tunc vnus de Machariis rn̄dit ad eū. Uere quidē vt dicis q deū sequūtur: illudūt mūdo. sed miseremur vestri. q3 vobis econtrario mundus illudit. Tūc ille op̄ctus super hunc sermonē. statim vt peruenit ad domum suā: derelictis omnibus vl̄ distractis que habebat. ꝛ pauperibus datis: ipse deum sequi cepit. ꝛ ad monacho2 exercitia properauit. Sed ꝛ multa vt diximus alia de operibus sācti Macharii Alexādrini mirabilia ferūtur: ex quibus n̄ nulla i. xi. libro ecclesiastice histozie inserta. qui requirat: inueniet. De sancto Ammone primo nytrie monacho.

ITitium sane habitationis monasteriorum que sunt in nytria sumptum tradebant ab Ammone quodam: cuius aīmam cum exisset de corpore vidit ferri ad celū sanctus Antonius sicut refert scriptura illa: que vitā describit beati Antonii. Hic igitur āmon locupletibus ꝛ generosis parentibus natus est: a quibus inuitus ad nuptias cogebat̄. Et cum vim parentum nō posset effugere: accepta virgine cuz intra nuptiales thalamos ꝺueniss̄et: ꝛ data eis essent cubiculi secreta silētia: alloq puellā de pudicitia ꝛ ꝺseruāda virginitate cepit hortari dicens. Quia corruptio sine dubio inuēiet corruptionem. incorruptio vero incorruptionē sperat. Multo melius ē si vterq3 nostrum in virginitate perduret: q̄ꝑ vt alter corrūpatur ex altero: Acquieuit virgo. silentio tegitur incorruptionis thesaurus. Cumq3 plurimo tēpore soli⁹ dei cōtēti testimōio. deo magis essent q̄ꝑ carni ꝛ sāguini cōiūcti: post obitum parentū: ille qdem ad hūc vicini deserti secedit locū: virgo vero intra domū residens i breui ꝛ ipa multitudinē virginū. ꝛ ille multitudinem monachorū cōgregat. Cumq3 secretius resideret in heremo. adolescēs quidā q morsu canis rabidi in rabiē versus ē: mīris victus catbenis ad euz deducitur: proseq̄ntibus eū parētibus suis. ꝛ rogātibus pro eo. At ille. Quid inquit mihi molesti estis o boies? Supra merita mea ē qd̄ expetitis 3 tamē hoc vobis indicare possū: q3 i māi-

bus vestris ē eius sanitas. Reddite vidue bouē suū quē furati estis: ⁊ sanus reddetur vobis filius vester. Ac illi extimuerūt g/dem valde. ꝙ ea q̄ in secreto gesta sūt non latuerunt hominē dei: gauisi sūt tamen ꝙ hanc eis viā salutis ostēdit. ⁊ sine mora vt reddiderūt direpta orāte homine dei etiā iuueni sanitas redijt. Alio quoque tēpo/re cū veniss̄ent ad eum quidā probare vo/lens animos ipsoꝝ. dicit doliū sibi eē ne/cessariū: vbi aquas pro aduenientibus con gregaret. Et cum polliciti fuissent platuros se: vnus ex ipsis graue sibi duxit: dicēs pi clitare posse cameluz suum: si ei tam graue onus īponeret. Et ait ad alterum. Tu si vis aut potes defer: ego camelo meo parcam ne moriatur. Tūc alter ait. Mihi iquit: vt ipse nosti: camelus nō ē: ꝫ asinus. Nūquid qđ camelus portare nō pōt: valet asinus portare? At ille. facito iquit qđ vis: tu vi/deris. Ego enī nō interimā camelū meum. Tūc ille. ego iquit īpono asino meo pon/dus: qđ tu camelo tuo oneroſū dicis: ⁊ me rita hominis dei faciēt: qđ īpossibile ē esse possibile. Et ita īpositū doliū asino suo p/uexit vsq̄ ad monasteriū bois dei: ita vt nec sentiret asinus se aliquid oneris porta re. Quē vt vidit āmon: benefeciſti iquit in asino deferēs doliū. college enī tui came/lus mortuꝰ ē. Et regressus inuenit ita gestū vt predixerat famulus dei. Sed ⁊ multa alia p eū signa dominus oñdit. Nā ⁊ fluui um nylū cū trāsire vellet. ⁊ exuere se eru/bescerēt. Uirtute dei subito i alterā ripaz trāslatus dicitur. Beatus autem Antoni/us in summa ammiratione vite eius iusti/tiam: atque animi eius virtutes habuisse memoratur ¶ De sancto Pyamone.

QDn autem mihi vi/detur dignuz etiā eius heremi ha bitatores q̄ parthenio mari adiacet: ⁊ vici na ē oppido qđ diolcho dicitur silētio p̄te/rire. In quo vidimus quēdā p̄bytерū ad mirabilē noīe Pyamonē. totius humilita tis ⁊ benignitatis viruz: bñtē etiā reuelati onū gratiā. Deniq̄ cū quodā tpe dño sacri/ficia offerret. vidit angelū dei stantē iuxta altare: ⁊ vniuscuiusq̄ monachoꝝ accedē/tium ad altare: scribentem nomina ī libro quez tenebat in manibus: quoꝝdaz tamē nomina nō scribētez. Cumque diligenter obseruasset senioꝝ. qui essent quoꝝum no/mina non scripsisset: posteaq̄ sunt cōpleta mysteria. vnūquēq̄ eoꝝ seoꝝsuz vocans p scrutatur. quid eis ī occulto peccati fuisset admissuz. ⁊ īuenit ex cōfessione eoꝝ vnum quenq̄ mortalis peccati obnoxiū. Tunc hortatus est eos agere penitētiā. ⁊ semet/ipsuz cū eis añ dominū prosternens die ac nocte tanq̄ ipse ī eoꝝ peccatis esset obno/xius flebat: ⁊ tā diu permānsit cuz eis in lu/ctu ⁊ lachrimis ⁊ penitētia. donec itez vi/deret eūdē āgelū stātez ⁊ scribētez accedē tiuz nomina. Et postea q̄ omniuz scripsit: tunc etiā illos ex nominibus euocantē: at/que ad recōciliationē altaris īuitātez. Et vbi hec senioꝝ vidit: itellexit eoꝝ susceptā esse penitentiā. ⁊ sic eos altari tota cū gra tulatione restituit. Hunc etiā quodā tēpo re ferebāt a demonibus ita verberatū: vt stare aut moueri omnino ō loco nō posset Et cuz dies adesset dominica. ⁊ res posce/ret offerri sacrificiū: iussit se fratrū manibꝰ ad altare portari. Ubi cū ī oratione iacuis/set. astantē cōtinuo vidit āgeluz domini q astare solebat altari: ⁊ porrigētez sibi ma/nuz atque eleuantem se de terra. ⁊ statim dolor omnis ita ab eo discessit. vt solito sa nioꝝ redderet. ¶ De alio sancto Joanne.

QRat in ipsis locis vir scūs ac totius gratie dono re/pletus Joānes noīe: ī quo tāta erat ꝯsola/tionis gratia. vt quacunque mestitia. quo cunque tedio oppressa fuisset anima. pau cis eius sermonibus alacritate ⁊ leticia re pleretur. Sed ⁊ sanitatum gracia plurima ei a deo donata est. In aliis quoq̄ ꝯpluri rimis locis egypti. sparsim vidimus san/ctos dei virtutes multas ⁊ mirabilia fa/cientes ⁊ gratia dei plenos: sed paucos ex multis memorauimus de omnibus enim explicare supra vires nostras est. Nam de

bis qui in superiore thebaida. id est circa ipsam syenem. habitare dicuntur. auditu solo cōperimus: q̄ his pene oībus quos vidimus. celsiores illi ⁊ magnificentiores habebātur. Accedere vero ad ipsos p̄ itineris periculo nequiuim⁹: qz q̄uis oīa illa rū partiū loca latronib⁹ īcursent. illa tn̄ q̄ vltra ciuitatē lyco sūt. etiā barbaros pacīunt. Et ideo nullus nobis ad eos accessus fuit: qz reuera nec eos quos supius memorauimus: absque periculo vidimus.

¶De periculis itineris ad heremos.

uersa mala cõmouere non cessant: ne pristinis eoꝝ sedibus succedamus. Diuersa autez eoꝝ ꝛ partita nequitia est. Quidaz eniz ad summũ nocendi verticez peruenere: Alii ex cõparatione peioruz videntur esse leuiores. atqz omnes pro possibilitate viriuz viuisi. cõtra singulas causas sumpsere certamina. Idcirco dominũ necessariuz est spirituũ discernendoruz a domino petere: vt possimus taz fraudes eoruz cꝫ studia preuidentes: aduersus disparez pugnaz vnuz dominice crucis eleuare vexilluz. Hoc munere paulus accepto: docebat dicens. Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exẽplũ etiã nos oportet exbis que passi sumus: mutuis nos inuicez instruere sermonibus. Hostile illis cõtra omnes christianos: Maxime vero contra monachos ꝛ virgines christi odiuz est. Corã semitis laqueos pretendunt: eoruz mentes impiis atqz obscenis cogitationibus nituntur euertere: sed nihil vobis in hoc terroris incutiant. Fidelibus enim orationibus atqz ieiuniis ad dominuz confugientibus. statim corruunt: nec tamen si paululuz cessauerint. plenaz putetis esse victoriaz. Solent etiã saucii grauius assurgere: ꝛ mutata arte pugnandi cum in cogitatione nihil egerint. pauoribus terrent. assumentes nunc mulierum nunc bestiaruz ꝛ serpentiuz formas: nec non ingentia quedaz corpora. ꝛ vsqz ad tectuz domus porrectuz caput: infinitas species ꝛ milituz cateruas. Que omia ad primũ quoqz crucis signũ euanescũt. His quoqz agnitis fallaciaꝝ modis icipiũt presagare: ꝛ futuroꝝ dieꝝ euẽtus. velle predicere. Cumqz ꝛ ĩ his contẽpti fuerit: ipsũ iã sue nequicie principẽ ac totiꝰ mali summitatẽ ad subsidiũ sui certaminis vocant Crebro veniqz ãtoniꝰ talẽ a se visũ diabolũ asserebat: qualẽ ꝛ iob beatus. domino reuelãte cognouerat. Oculi eiꝰ tanꝫ luciferi: ꝛ ex ore eius ꝓcedũt lãpades incẽse. Crines quoqz ĩcendiis spargũtur. ꝛ ex naribus eius fumus egreditur. quasi fornacis estuantis ardore carbonũ. Alia eiꝰ ut pruna: flãma vero ex ore eiꝰ glomerat cũ buiusmodi terroribꝰ visus est demonum princeps inquit antonius: ꝛ ingentia sepe vt dixi: promittens impietatis sue de furit lingua magniloqua: de qua dominus triũphauit ad iob dicens. Arbitratur enĩ ferruz vt paleas eramentuz vt lignuz putriduz. maria vt terraz. tartari profunduz tanꝫ captiuum estimabit: abyssum vt deambulatoriuz. Per prophetam quoque increpat: dicens. Persequens comprehendaz ꝛ omnez orbez terraruz manu mea vt niduz obtinebo. ꝛ vt ova derelicta auferã. Sic iniquus funereas cuomens voces bene viuentium aliquos frequenter illaqueat: sed nos nec eius pollicitationibus credere. nec minas formidare debemus. fallit eniz frequenter: nihilque veruz promittit. Naz si non mendacia cuncta loqueretur: quomodo talia ꝛ taz infinita promittens hãmo crucis vt draco aduncatus a domino est. ꝛ capistro ligatus vt iumentũ. ꝛ quasi mancipiũ fugitiuuz vinctus circulo. ꝛ armilla labia perforatus nullũ omnino fideliuz deuorare permittitur Nunc miserabilis vt passer ad luduz irretitus a christo est: nunc comites suos quasi scorpiones ꝛ serpentes calcaneo christianorum substratus gemit. Ille qui vniuersa maria a se deleta plaudebat. ille qui orbez terraruz manu sua tenere pollicebatur: ecce a nobis vincitur ecce mie aduersuz se prohibere non potest disputantẽ Contẽnenda est filioli penitus cũ manibꝰ verbis superba iactatio. Fulgur ille qui lucere se simulat: nõ veri splẽdor est luminis: sed quibus arsurus est indicat flammas Nam dicto citius recedens: suaruz secum refert simulacra penarum. Solent etiam cum modulatione nonnunquã apparentes psallere. Prob nephas adhuc ꝛ impuro ore sacra scripturaruz eloquia meditantur frequẽter legentibus nobis. quasi echo ad extrema verba rñdẽt. Dormiẽtes quoqz excitãt ad orãdũ: vt totiꝰ noctis sõnũ eripiant plerosqz etiã ĩ mõachoꝝ nobiliũ habitu coercẽt. ꝛ pristina qbꝰ cõscij sũt peccata iputãt: sed spernẽde sũt eoruz icrepatiões ꝛ ãmonitiones ieiunandi. vigiliarũ quoque frau

dulenta ſuggeſtio. Ob id enim familiares nobis ſpecies aſſumunt: vt affinitate vir/tutũ nocẽtes facilius virus ĩterſerãt: ⁊ ĩnocẽtes quoſq; per ſpeciẽ honeſtatis elidant Impoſſibile poſtea durũq; hoc ſtudiũ predicant. vt dũ oneroſum eſſe videtur quod ceptũ eſt: ex deſperatione tediũ: ⁊ ex tedio ſuccedat ignauia. Idcirco propheta miſſus a domino: luctuoſa denũcians ſublimi voce dicebat. Ue illi qui potat proximuz ſuũ: ſubuerſione turbida. Huiuſmodi eniz exhortamenta depꝛauatoꝛia ſunt itineris quod ducit ad celũ. Idcirco cũ veniſſet dominus ad terras: ⁊ vera de eo demones ĩuiti predicarent: vere eniz dicebant. tu es xp̃s filius dei viui. vociferantiũ ora claudebat: qui vinctas hominũ linguas ſolue/bat: ne cũ preconio veri: peruerſitatis venena miſcerẽt. ⁊ vt nos eius exẽplo: etiam ſi profutura ſuaderẽt: in nullo his cõmodaremus aſſenſum: quia profecto nõ cõgruit poſt libertatẽ a domino conceſſam: ⁊ ſcripturaz pꝛecepta vitalia. a dyabolo viuẽdi capere conſilia: qui ſuũ deſerens ordinem ſacrũ chriſti temerauit ĩperiũ. ¶Propterea etiã dominus cũ de ſcripturis loquentem iubebat tacere: quia peccatoꝛi dicit deus. Quare tu ennarras iuſticias meas: ⁊ aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ? Omnia demones ſimulãt colloquũtur ſepe cũ fratribus: ſepe cũ turba inconditos excitant ſonitus. Manus applaudunt: ſibilãt: inſipienter cachinnãt: vt vel in puncto peccati chriſtianum pectus introeant. Cũq; ab vniuerſis fuerint repulſi: ad extremuz debilitatem ſuaz lamentatione teſtantur. Et dominus quidem quaſi deus ⁊ ſue ꝺſcius maieſtatis obmuteſcere his ĩperabat: nos autem veſtigijs ſanctoꝛum inherentes: eã dẽ gradiamur viam: qui memoꝛatas ſubtiliuſ fallacias peruidentes canebant. Cũ conſiſteret aduerſum me peccatoꝛ: obmutui ⁊ humiliatus ſum: ⁊ ſilui a bonis. Et iterum. Ego vero tanq; ſurdus non audiebã ⁊ tanq; mutus non aperiens os ſuum: factus ſum vt homo non audiens xp̃s ſilẽtiũ imperauit vt nos diabolo nihil credamus ⁊ vincimus ¶Si oꝛare cõpellũt: ſi ieiunia ſuadẽt: non ex eoꝛũ nos monitis: ſed ex noſtra cõſuetudine diꝛigamus. ¶Deniq; etiã ſi irruentes mortẽ nobis intentare videãtur: irridendi potius ſunt q; timendi: quia cũ ſint debiles minãtur cuncta nec faciũt hec quidẽ de iſtis iã tranſitoꝛie dixiſſe me memini: attamen eadem nunc explicanda ſunt latius: quia non mediocrẽ affert repeticio cautelã. Aduenĩente domino deſtructus eſt inimicus: ⁊ omne penitus eius roꝛbur elanguit. ¶Propter quod priſtine virtutis memoꝛ: quaſi tyrannus iaz ſeneſcens: cũ ruiſſe ſe videat in perniciem graſſatur humanã. nec tamen poteſt firmuz deo pectus cogitationũ ⁊ ceteraꝛũ frauduz arte peruertere. Nam luce clariuſ eſt: quin aduerſarij noſtri cum nec humana carne ſint ſepti: vt cauſari valeãt: idcirco nos a ſe nõ poſſe ſuperari: quia clauſo oſtio introire non valeant. Et reuera ſi fuiſſent hoc fragili coꝛpoꝛe colligati: obſeruato introitu biſdem negaretur acceſſus. Cum autem vt diximus: hoc impedimento ſint liberi: ⁊ obſtructa penetrent: atq; in omni licenter volitent aere: manifeſtum eſt: ob enerua/tionem eoꝛum permanere eccleſie coꝛpus illeſum. Deniq; ſatellites impij cum pꝛincipe ſuo diabolo: quem ſaluatoꝛ in euangelio homicidam ⁊ patrem malicie ab initio fuiſſe firmat: nobis aduerſum ſe dimicantibus foꝛtiter nullo modo ceſſiſſent: ſi poteſtas eoꝛum non fuiſſet ablata. Nam ſi mentioꝛ: cur nobis ſathanas parcis: qui vbiq; diſcurris. Cur qui nullo clauderis loco aduerſum te viuentium ⁊ diſputantium non potes labefactare conſtantiam Sed foꝛtaſſe nos diligis quos quottidie conaris obꝛuere: aut credibile eſt: te eſſe bonitatis magiſtrum ⁊ fauere magis optimis q; nocere. Et quid tam carum tibi poteſt eſſe q; ledere: maxime eis qui tuis ſceleribus viriliter repugnant: ſecundũ quod ſcriptum eſt. quia abhominatio eſt pietas peccatoꝛi. Quis tam fecundum ad malicia poſſidet pectus? Quis tam meditatas implere conatur inſidias? Scimus te im/

puriſſimū cadauer. Scim⁹ quia idcirco viuimus xp̄iani. ⁊ contra te nobis eſt ſecura congreſſio quia infirmatus es a domino. Ideo de tuis confoderis iaculis: quia minationem tuā non ſequitur effectus. Q̄d ſi fallimur. cur cū terrore ſimulato: cur cū magnitudine corporū noſtram aggrederis fidem: Si uoluntatem ſequeretur poſſibilitas: tm̄ tibi velle ſufficiat. Is enī potentie mos eſt. non extranea fallatie argumento conquirere: ſed ſua virtute cōplere quod cupiat: At nunc dum theatrali mutatione formaꝝ quaſi rudem infantiam ſcenica niteris ſimulatiōe deludere: exbauſtas vires manifeſtius probas. Nūquidnam verus ille angelus contra aſſyrios miſtus a domīo. aut populorū eguit ſocietate. aut ſonitus queſiuit aut plauſus. ⁊ non potius tacitā exercens poteſtatē, centūoctogintaquinq̄ milia hoſtiū ſermone uelotius iuxta iubentis domini proſtrauit īperiū: Uos ergo cū fragiles ſitis viribus perpetuus vos conſequitur interitus An dicet aliquis. Cur diabolus egrediēs beati iob omnē in ruinam īpulit domum Cur eius opibus penitus diſſipatis. parietum quoq̄ fundamenta ſubuertens vnū muneroſe ſobolis coaceruauit ſepulchrū: Cur ipſum ad extremum diri vulneris noxitate percuſſit: Qui hoc opponit. audiat e diuerſo. nō diabolū potuiſſe hoc. ſed dominū. a quo poteſtas aduerſum nos dupliciter datur. vel ad gloriā ſi probamur vel ad penam ſi delinquimus. quin poti⁹ ex hoc animaduertat. nec contra vnū quidem hominem: diabolū quicq̄ potuiſſe. ſi non poteſtatē accepiſſet a domino. Null⁹ enim quod ſue ditionis eſt: ab alio deprecatur. Sed q̄d iob memoro: quē nec expetitum potuit vincere: Nec contra iumenta quidē eius. ⁊ contra oues. nec contra ſues ſine conceſſu dei ꝓpriū robur exercuit. ſicut in euangelio ſcriptū ē. Demones aūt rogabant eum dicentes. Si eiicis nos: mitte nos in gregē porcoꝝ. Quō igitur q̄ porcoꝝ expetūt mortes. ymaginez dei hominē. ⁊ tā caꝝ conditori animal: ſuo valebunt iure peruertere: Magna vilectiſſimi aduerſū demones arma ſunt: vita ſyncera ⁊ intemerata ad deū fides. Credite mihi experto. p̄timeſcit ſathanas recte viuentiū vigilias orationes: ieiunia. manſuetudinē. volūtariaz pauptatē. vane glorie contēptū. humilitatē. miſericordiā. ire dominatū: ⁊ precipue purum erga xp̄m amorem. Nouit teterrimus coluber: ex precepto domini: ſub iuſtorū ſe iacere veſtigiis. qui ait. Ecce dedi vobis⁹ poteſtatē calcare ſuper ſerpentes ⁊ ſcorpiones: ⁊ ſuper omnē virtutē inimici. Si autē ⁊ diuinationē ſe habere ſimulantes vēturos fratres nunciauerint: ⁊ affuerint quos venire predixerant. nec ſic fides eſt comodāda mendacibus. ob id enīz preceſſere venientes. vt credulitas ſibi paretur ex nuncio. ⁊ poſtea aditus ex credulitate fallacie Uerū in hoc nullū xp̄iano debet eſſe miraculū. cū non tm̄ qui leuitate nature per cuncta diſcurrunt valeant preuenire gradientes: ſed homines quoq̄ equorū velocitate preuecti nunciant affuturos. Non enī ea que nondū fieri cepta ſunt referūt. quia dominus ſolus conſcius eſt futuroꝝ ſed quoꝝ cōſpiciunt in actu initiū. eorū ſibi tanq̄ fures apud ignaros vendicant notionez. Nam quantos nunc putatis. q̄ poſſunt velocitate puerili iſtum ceptū noſtroſq̄ cōtra ſe ſermōes āte relatū alicui⁹ hic poſiti. lōge manētib⁹ indicare. Quod vobis perſpicuum fieri poteſt exemplis. Si quis a thebaide aut alicuius regionis oppido ceperit proficiſci. ⁊ hunc demones in itinere viderint ābulantez. pernicitate memorata poſſunt predicere venientem. Ita ⁊ de nyli inundatione ſolēni. cuz multas ī ethiopia viderīt pluuias. equibus fluuius intumeſcēs vltra alueuz effluere, cōſueuit: precurrentes ad egiptū. nunciant amnis aduentum. Hoc autem ⁊ homines ſi illis celeritatis eſſet tanta natura: facile nunciarent. Ut enim ſpeculatoꝝ beati dauid ad verticem loci celſioris aſcendens: prioꝝ q̄q̄ hi qui ī terra erant proſpiciens venientes: non quedam incerta de ſu

turis:sed de bis qui venire ceperant: nun/ ciabat:sic ꝛ demones ,cura puigili omnia considerantes.rapido cursu sibiinuicē nū/ ciant.Sed si forte contigerit:vt dei nutu ad finem cepta non veniant:hoc est:si aut viator e media regrediatur via:aut suspē/ sis nubibus aque ad altū celi cardinē de/ ferantur tunc decipientiū vna cū creden/ tibus error aperitur. Hec gentilitatis fue re principia:bis prefagatorum dolis apud delubra demonum:quondā credebantur oracula: que aduentu domini nostri iesu christi indicto silentio obmutuerunt. suos/ q̄ perdidere captiuos. Quis rogo medi/ cum:ex obseruatione morborū cū anime estuantis incendiū:de venarū pulsu leui digitorum scrutatur attactu: diuinā ar/ bitratur habere noticiaz? Quis guberna/ torez nauigationis sue viaz inter celi syde ra requirentez.maiestatis omine venera/ tur? Quis agricolaz de aridis estatis fer/ uoribus.aut de hyemali aquarum largita/ te. vel frigore disputantez non potius ex peritia laudat. q̄ dei consecrat nomine? Uerum vt concedamus paulisper.si vera demones nunciarent: respondete mihi. quis fructus est nosse venientia? Nun/ quid aut sciens hec aliquando laudatus. aut punitus est nesciens? In hoc vnusquis/ que sibi preparat. seu tormenta seu glori/ am si vel negligat scripturarum mandata vel faciat. Nullus ob id nostrum banc ar/ ripuit vitam. vt habeat prescientiam futu rorum:sed vt preceptis domini obediens. amicus incipiat esse de seruo. Curandum est non prescire que veniunt sed implere q̄ iussa sunt.nec institutionibus bonis bāc flagitare mercedem. cum magis debea/ mus victoriam contra diabolum ab auxi/ liatore domino postulare. Sed si forte ali quis hoc libenter assumit vt futura cogno scat habeat purum cor:quia credo animaz deo seruientem.si in ea perseuerauerit in/ tegritate.qua renata est. plus scire posse q̄ demones. Talis erat anima helisei que aliis incognitas virtutes videbat. ¶Nunc iam ceteras vobis demonum explicabo fallacias. Solent nocte venientes ange/ los dei se fingere:laudare studium. mira/ ri perseuerantiam.futura premia pollice/ ri. Quos cuz videritis:tam vos q̄ domos vestras crucis armate signaculo.ꝛ confe/ stim dissoluentur in nihiluz. quia metuunt illud tropheum.in quo saluator aereas ex poliens virtutes.eas fecit ostentui ¶So/ lent etiam variis saltationibus membra torquere.ꝛ nostris procaciter offerre se vi sibus: vt mentem pauore:ꝛ corpus horro/ re concutiant. Sed ꝛ in hoc fides deo tu/ ta fugat eos quasi infirma ludibria. Non est autem difficilis bonorum spirituuz ma lorumque discretio:que sic deo tribuente panditur. Sanctorum angelorum amabi lis ꝛ tranquillus aspectus est.quia non cō tendunt neque clamabunt:neque aliquis audiet vocem eorum: verum tacite leni/ terque properantes:gaudium. exultatio/ nem.fiduciam peccatoribus infundunt. Siquidem cum illis est dominus qui est fons ꝛ origo leticie. Tunc mens nostra nō turbida sed lenis ꝛ placida angelorum lu/ ce radiatur.tunc anima celestium premio rum auiditate flagrans e fracto si posset humani corporis domicilio:ꝛ membris ex onerata mortalibus.cum his quos videt abire festinat ad celum. Horum tanta be/ nignitas est vt si quis pro conditione fra/ gilitatis humane miro fuerit eorum ful/ gore perterritus.omnem continuo ex cor/ de auferant metum ¶Ita gabriel cum za/ charie loqueretur in templo.ꝛ angeli cum diuinum virginis partum pastoribus nun ciarent.ꝛ qui dominici corporis agebant excubias:securis videntium se mentibus ostendentes: ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore ani mi. q̄tum ex magnarum rerum sepe con cutitur aspectu. Pessimorum vero vult⁹ truces sonitus horrendi.sordidi cogitatus plausus motusque indisciplinatorum ado lescentum vel latronū:e quibus confesiz timor anime sensib⁹ torpor īcutitur: odiuz

christianoꝝ monachoꝝ meroꝝ tediũ suoꝝ recordatio ꝛ metus mortis: cupido nequi/tie: lassitudo virtutis: cordis hebetatio. Si igitur post timorez horrore concepto suc/cesserit gaudiuz: ꝛ ad deũ fiducia: atqz in/effabilis caritas: veniſſe sciamus auxiliuz quia securitas anime: presentis maiestatis ĩdiciũ est. Sic nanqz ꝛ abrahã patriarcha videns deũ gauisus est: ꝛ ioannes cũ ma/riaz superueniſſe sentiret: que in sacri ventris hospitio vniuersitatis gestabat parentez: exultauit necdũ natus in gaudiuz. Si autez incussa formido permanserit: hostis est qui videtur: quoniã nec refouere nouit vt gabriel pauẽtẽ virginem ne timeat: iubet: ꝛ sicuti pastores nuncio consolati sunt quinimmo pauorẽ duplicat: ꝛ vsqz ad profundam impietatis foueã: vt sibi homines prosternantur: impellit. Exinde misera gẽtilitas dominice interdictionis ignara falso demones deos opinata est: xp̃ianoꝝ autẽ populos his fallaciis irretiri nõ passus est dominus: qui diabolũ in euangelio audacter sibi principatũ omniũ presumentez repulit dicens. Uade retro satbanas. Scriptũ est enim. Dominũ deũ tuũ adorabis: ꝛ illi soli seruies. Horũ verboꝝ etiaz nobis licentia est tributa: quia idcirco locutus est talia: vt similitudo temptamentorum auctoris nostri frangerentur eloquijs. ¶ Illud quoqz mi carissimi ammoneo vt vite magis sit vobis cẽz signoꝝ solicitudo. Nullus ex vobis hec faciens. aut ipse superbia ĩtumescat: aut despiciat eos qui facere non possunt. Conuersationem magis scrutamini singuloꝝ: in hac ꝛ imitari vos que perfecta sunt: conuenit: ꝛ implere que desunt. Nam signa facere nõ ẽ nostre paruitat s: sed domini potestatis: q ad discipulos gloriantes in euangelio ait. Ne gaudeatis: quia demones vobis subiecti sunt: sed ꝙ nomina vestra scripta sunt in celis. Nominum enim in libro vite conscriptio: testimonium est virtutis ꝛ meriti: expulsio autem satbane largitio saluatoris est. Unde his qui non in uite laboribus sed in prodigijs exultabant dicẽtibus Nonne in tuo nomine demonia eiecimus: et in tuo nomine virtutes multas fecimus: respondebit dominus. Amen dico vobis non noui vos. Discedite a me operarij iniquitatis. Non enim nouit dominus vias impioꝝ: hoc ergo magnopere postulemus: vt donum spirituum discernendoꝝ mereamur accipere: quo secundũ sententiam scripturarum omni spiritui nõ credamus. Uolueram quidem iam finire sermonem: ꝛ silentio premere quecunque mee acciderãt paruitati: sed ne putetis me frustra commemorasse que euenire non possent: idcirco licet insipiens fiam: tamen domnus qui secrete mentis est inspector: nouit non me causa iactantie: sed vestri gratia profectus hoc facere: pauca replicabo de plurimis. ¶ Quotiens me nimijs laudibus efferre conati sunt: cum a me in nomine domini maledicta reciperent: quotiens augmenta nili fluminis futura dixerunt: cum a me audirent: et hoc ad vestram quid pertinet curam: quotiens minitãtes vt milites armati scorpionibus equis: beluis: ꝛ varijs serpentibus circundederunt me: ꝛ domum in qua eram repleuerunt: cum ego e contra psallerem: hi in curribus ꝛ hi in equis. nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur et statim misericordia christi fugabantur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes dixerunt: venimus Antoni nostrũ tibi prebere fulgorẽ. Et ego clausis oculis: quia lucem diaboli dedignabar aspicere: orabam. et dicto citius impioꝝ lumen extinguebatur. Post menses autem paucos: cum me coram psallerent: et de scripturis sibimet sermocinarentur tanquam surdus non audiebam. Commouerunt aliquando monasterium: Et ego mente immobili dominum deprecabar. Sepe strepitus: sepe saltationes: sepe sibilos ingesserunt: et me psallente: sonus eoꝝ in voces flebiles vertebantur. ¶ Credite mi filioli quod dicturus suz. vidi aliquando diabolum celsum corpore: q se dei virtutẽ ꝛ prouidentiã ausus ẽ dicere

ꝛ ait ad me. Quid vis vt a me tibi donetur antoni At ego ſpectaculū maximū i os eiꝰ iuge minās. totuz me in euz christi nemine armatus ingeſſi: ꝛ ſtati ille procerus aſpectu: iter medias manus exoleuit. ¶Jeiunāti etiā mihi viſus eſt vt monachus: ꝛ panes offerēs. his ſermonibus ſuadebat vt veſcerer. ꝛ huic aliquid īdulgerē corpuſculo. Et tu īquit homo es. ꝛ humana fragilitate circūdaris: labor paululū ꝺquieſcat. ne egritudo ſurripiat. Jlico luridā faciez ſerpētis agnoui. ꝛ cuz ad cōſueta christi munimenta cōfugerē: tancp̄ per feneſtrā fumus laberetur euanuit. Auri quoque decipulaz mihi i deſerto frequēter tetēdit. qꝺ ideo oſferebat: vt aut viſu irretiret me: aut tactu vapularet me. Naz ſepe me a demonibus nō denego verberatuz. Lancbā autez ſic nullus me ſeparabit a charitate christi. Ad cuius vocis auditū. i ſe īuicē defurētes. nō meo ſed domini fugabātur īperio. qui ait: vidi ſathanā quaſi fulgur cadētez de celo Dec ergo filioli. apoſtolici memor eloquij I me trāſformaui: vt propoſitū veſtrū nec demonū terror. nec aliqua laſſitudo diſſolueret. Sed quoniā ob veſtrā vtilitatē multa memorādo īſipiēs factus ſuz: huius rei vobis īpertiri cupio notionē: quā verā eſſe nullus ambigat audiētiū. Pulſauit aliquādo demō monaſterij oſtiū: egrediēs video hominē enormi ſublimitate porrectuz caput vſque ad celū. Cū ad boc quis naz eſſet īquirerez: ait. Ego ſuz ſathanas. Et ego. quid īquā bic queris. reſpōdit. Cur mibi fruſtra īputāt monachi. Cur mihi christiani populi maledicūt. Et ego. Juſte faciūt. Tuis enī frequēter moleſtātur iſidiis At ille ait. Nibil ego facio: ſed ipſi ſe īuicē turbāt. Nā ego miſerabilis factus ſū. Ro go. Nōne legiſti. quia defecerunt inimici framea i finē. ꝛ ciuitates eorū deſtruxiſti. Nullū iā babeo locū. nullā poſſidebo ciuitatē: iaz mihi nulla ſunt arma. Per omnes natiōes. cūctaſqz prouīcias. christi perſonat nomē: ſolitudines ipſe monachoꝝ ſtipātur choris. Ipſi ſe queſo tueātur ꝛ me ſine cauſa nō lacerēt. Tūc ego dei gratiaz cuz alacritate miratus: ſic ad euz locutus ſuz. Nō tue veritati: que nulla eſt: tam nouam ꝛ tam inauditam aſcribo ſententiam. Nam cum fallacie caput ſis. boc ſine mendacio coactus es confiteri. vere eniz ieſus tuas funditus ſurripuit vires: ꝛ honore nudatus angelico. volutaris i ſordibus. Vix dum verba compleueram. ꝛ ille ſublimis ſaluatoris nominatione deiectus eſt. Que ergo iam o filioli poterit reſidere cunctatio: que trepidatio manebit vlterius?

¶Quis vos eorum turbo poterit conuellere? Decure ſint anime ſingulorum. non ſibi fingant vanas cogitationes. vana diſcrimina: non aliquis timeat a dyabolo ſublatum ad precipitia ſe poſſe deferri. Pel latur omnis anxietas: dominus enim qui noſtros proſtrauit inimicos. manēs vt promiſit in nobis. a variis nos ſathane munit incurſibus. En ipſe dyabolus qui buiuſmodi cum ſuis ſatellitibus exercet aſtutias. nibil ſe poſſe contra christianos fatetur. Jam cure christianorum ꝛ monachorum ſit: ne per eorum inertiam vires demonibus prebeantur. Nam quales nos ꝛ noſtras repererint cogitationes: tales ſe nobis preſtare conſueuerunt. Et ſi quod īpectoribus male mentis ꝛ pauoris ſemen inuenerint: quaſi latrones qui deſerta obſident loca: ceptos cumulāt timores. ꝛ crudeliter imminentes: infelicez puniunt animam. Si autez alacres fuerimus in domino. ꝛ futurorum bonorum cupido nos ſuccenderit: ſi ſemper omnia manibus dei cōmitamus. nullus demonum ad expugnandum valebit accedere: magis autem cum munita in christo corda conſpexerint: confuſi reuertuntur. Jta ꝛ iob firmatum in domino dyabolus refugit: ꝛ infeliciſſimuz iudam expoliatum fide: vinculis captiuitatis innexuit. Una eſt enim ratio vincendi inimicuz leticia ſpiritualis. ꝛ anime dominuz ſēper cogitantis iugis recordatio. que demonū ludos quaſi fumū expellēs: perſequetur aduerſarios potiꝰ q̄z timebit. Non eſt eniz neſcius ſathanas igniuz futuroꝝ: ꝛ eſtuātis gebēne copioſa nouit īcēdia. Sed

vt mea iam claudatur oratio: illud in fi/
nem cõmemoro. Cũ aliqua se vobis obtu
lerit visio: audacter requirite quis sit ille:
& vnde venerit: ac sine mora si sanctorum
fuerit reuelatio angelica consolatione ti/
mor vertetur in gaudiũ. Si vero vyabo/
li fuerit oblata tẽtatio: fidelis anime per/
cunctationibus euanescet. ga maximum
est securitatis indicium. interrogare quis
nam ẽ & vnde. Sic & naue filius auxilia/
torem suũ interrogando cognouit nec da
nielẽ percunctantem latere potuit inimi
cus. Postq̃ Antonius dicendi finẽ fecit:
letantibus cũctis in aljs virtutis cupido
exardescebat: in aliis infirma refouebat̃
fides ex aljoꝝ mentibus false opiniones
pellebantur. ex aliorum sensibus inani/
um terrorum pellebatur accensio. simul/
q̃ cum iam demonum insidias contemne/
rent. mirabantur in Antonio tantam gra
tiam spirituum discernendorum quã do/
mino tribuente: preceperat. Erant igitur
in monte monasteria tanq̃ tabernacula
plena diuinis choris psallentium legenti
um. orantium tantumq̃ ieiunandi: & vigi
liarum ardorem cunctorum mentibus
sermo eius afflauerat: vt future spei aui
ditate. ad charitatem mutuam & miseri/
cordias ĩdigentibus exhibẽdas: iugi stu
dio laborarent. qui infinitam regionem
quandam. & oppidum a mundana cõuer
satione seiunctum: plenum pietatis atq̃
iustitie videbantur incolere. Quis tantũ
monachorum agmen aspiciens: virilem
illum concordie cetum cernens in quo
nullus nocens: nulla detractio susurronis
sed multi tudo abstinentium & certamen
officium erat. non in hanc statim erumpe
ret vocem. quam bone domus tue iacob
tabernacula tua israel tanq̃ nemora
obumbrantia. tanq̃ paradisus super flu
uios. tanq̃ tabernacula que fixa sunt a
domino tanq̃ cedri circa aquas. Dũ hec
ita geruntur. quibus indies beate vite stu
diuꝫ crescceret: Antonius mansionem ĩ ce
lo positam recordans. & presentis vite de
spicies inanitatem. quasi parua essẽt que
cunq̃ iam gesserat. separatus a fratribus
instituebatur: Cunq̃ cum siue cibum siue
somnum indulgere corpusculo. aut alias
nature necessitates cogeret humana con
fectio: miro afficiebat̃ pudore q̃ tãtã aĩe
libertatẽ. modici carnis termini coberce
rẽt. Nã frequẽter cũ fratrib⁹ sedẽs. a cibo
q̃ fuerat appositꝰ. memoria esce spiritua
lis abstrahebatur. Edebat tamen vtpo
te homo sepe solus sepe cum fratribus.
Et cum hec mira ut predixi ageret. cum
confusione anime adhibendã magnope
corpori diligentiam persuadebat dicens
nec corpus esse penitus enecandum ne
operatio contra voluntatem creatoris
dissolueretur. & ob id omne studium aĩe
conferendum. ne vitiis superata corpore
is. ad eternas inferni tenebras truderet̃
quinimmo indultum sibi propter alteros
in carne imperium vindicans domiciliũ
suum. vt apostolus paulus ad tertium ce
lum subleuaret. Asserebat hoc a saluato
re preceptum in quo ait. Nolite soliciti
esse corpori qd vestiamini. & ne quesi eri/
tis quid manducetis aut quid bibatis.
quia hec gentes querunt: vester autẽ pa/
ter nouit q̃ indigetis his omnibus. Que/
rite ergo primum regnum dei & iusticiam
eius: & hec omnia adijcientur vobis. His
rebus transactis. cũ psecutio impijssima
maximiani furore vesano vastaret eccle/
siã. sanctis martiribus alexandriã perdu/
ctis: relicto & ipse monasterio secutus est
futuras xp̃i victimas: dicens. Pergam⁹
ad glorioſos fratrũ triũphos. vt aut ipsi
ogrediamur: aut spectemus alios preliã/
tes. Et amore quidẽ iam martir erat sed
cum tradere se vltro non valeret. & socia/
ri confessoribus in metallis vel in carceri
bus cõstitutis: magna cũ cura & libertate
ingredientes ad iudicẽ: exhortabatur. ne
terrore impioꝝ subacti. dominũ negarẽt
Jamq̃ sententia coronatos exultãs. qua
si ipse vicissset: vsq̃ ad locum felicis sãgui
nis prosequebatur. Quãobrem motus iu
dex ob antonij sociorumq̃ eius constãtiã
. precepit nullum penitus monachorum

aut obſeruare iudiciū aut in ciuitate ver ſari. Et ceteris quidē omnibus in illa die placuit abſcondi. Antonius autem impa uidus neglecto perſecutoris imperio. la uit ependiten. id eſt ſcapulare ſuum. Et alia die ſtans in quodam eminēti loco cā dente precinctus veſte: procedentem iu dicem ſuo prouocabat aſpectu. flagrans cupiditate martirii. oſtendebatq; nobis contemptorem penarum ⁊ mortis in cri ſtianis animum perſeuerare debere. intā tum vt contriſtaretur. quia volenti pati pro dei nomine. martirium non dabatur Sed dominus q ſuo gregi parabat magi ſtrum. ſeruauit Antonium. vt inſtitutio ſi cuti factum eſt monachorum: non ſolum oratione eius. ſed ⁊ conſpectibus firma retur. Nunc̄ tamen a confeſſorum veſti giis ſeparatus eſt quia maxima circa eos cura ⁊ charitatis vinculo colligatus. ma gis carcerem patiebatur excluſus. Poſt quam autem perſecutionis turbo defluxerat. ⁊ beato epiſcopo petro iā ob marti rii gloriam coronato. ad priſtinum mo naſterium regreſſus eſt: quottidianum fi dei ac conſcientie martiriuz merebatur. acrioribus ſe ieiuniis vigiliiſq; conficiēs veſtimento cilicino intrinſecus deſuper pellicio vtebatur. nunc̄ corpus lauans. nunc̄ a pedibus ſordes abluens. niſi cū per aquas tranſire neceſſitas compuliſſet Nullus venic̄ antonii corpus nudum antec̄ moreretur vnc̄ vidit. Quodam autem tempore cum ab omnium ſe amo uiſſet oculis. ⁊ clauſo monaſterio neminē omnino ſuſciperet. martinianus militum prepoſitus. cuius filia immundi ſpiritus infeſtationibus quatiebatur: pulſans oſti um obſecrabat vt ſuo pigneri ſubueniret ⁊ exiens deum pro filia deprecaretur. Tunc ille aperire quidem minime voluit proſpitiens vero deſuper ait: o homo qd meum poſcis auxilium. Mortalis ⁊ ego ſum. ⁊ tue ſocius fragilitatis. Si autem credis in chriſtum cui deſeruio: vade ⁊ ſecundum fidem tuam ora deum. ⁊ ſana bitur filia tua. Confeſtim ille credēs abi it: ⁊ inuocato Jeſu. filiam reduxit incolu mem Multa, ⁊ alia mirabilia per illum dominus operatus eſt: ⁊ merito: qui enim promiſit in euangelio. petite ⁊ dabitur vobis. inuento qui eius gratiam mere tur accipere ſuam potentiam non nega uit. Nam plures vexatorum ante mona ſterium eius clauſo introitu dormientes fidelibus per eum ad chriſtum precibus curabantur. Hec illi multitudo venien tium. deſideratam ſolitudinem auferens tedio fuit. Metuens itaq; ne ſignorum copioſa cōceſſio. aut ſuos animos extolle ret: aut alios plus de ſe q̄ videbant ī ipſo cogeret eſtimare. ad ſuperiorem thebai dem pergere cogitauit. vbi nullus eum agnoſceret. Et a fratribus acceptis pani bus. ſedebat ſuper fluminis ripam. tranſi tum nauis obſeruans. Illo talia cogitāte vox ad eum deſuper facta eſt dicens: An toni quo pergis ⁊ quare? At ille intrepi de quaſi conſuctā vocem loquentis agno ſceret: reſpōdit. Quoniam nonſinunt me quieſcere populi. idcirco ad ſuperiorē the baidem ire optimum duxi. precipue quia ea exigor. que virtutem mee puſillanimi tatis excedunt: Et vox ad illum ait. Si ad thebaidem vadas ⁊ ad paſtoralia vt cogitas: pergas. maiorem ac duplicē ſuſti nebis laborem. Si autem vere quieſcere cupis: vade nunc ad interius deſertum. Cunqz antonius diceret: ⁊ quis mihi locū auium poterit oſtendere. Ignarus enim ſum locorum: Cōfeſtim ei vox que loque batur. ſarracenos indicauit. qui mercandi gratia ad egyptum venire conſueuerant bis appropinquans Antonius: rogauit ut ſe pariter adducerent ī deſertum. Nul lus obniſus eſt. ſed tanquam a deo miſſū comitem ſuſcipientes: amplexi ſunt eius ſocietatez. Tribus autem diebus ⁊ nocti bus itinere confecto. inuenit montem ual de excelſum. ad cuius radices fons aque dulcis labebatur: Et campus baud magnus totum ambiens montem. qui pal

mis per paucis. Et his neglectis consitus erat. Hunc antonius locuz quasi a deo sibi offerret amplexus est. Is eni erat quez sibi ad fluminis ripam sedenti qui loquebatur. ostenderat. Et primo quidem accipiens a comitibus panes solus remansit i monte nullo alio cuz eodez conuersante. Quasi propriã eniz domuz agnoscens. habebat locuz illuz. Barraceni quoque videntes eius fiduciaz optato. per euz transitu panes eidez cũ leticia deferebant: nec non palmaruz licet mediocri attamen aliquanto solacio refouebatur. ¶ Exinde cũ fratres agnito loco tanq̃ ad patrez filii. sollicite alimenta transmitterent: videns antonius q̃ ob suũ refrigeriũ. multis onerosus labor indiceretur: ꝛ parcens etiaz i hoc monachis. rogauit vnũ de aduenientibus vt sarculũ sibi bis acutum cum frumento deferret. Quibus allatis circuiens montem haud grandem: culture aptuz reperit locum ad quez diriuata aqua desuper poterat influere. Ibique seminauit. atque ex inde annuũ sibi panẽ laborans: gaudebat q̃ sine cuiusq̃ molestia ex propriis manibus viueret in deserto : Sed cum rursus etiã illuc quidaz venire cepissent: miser⁹ est lassitudini eoꝝ: ꝛ holus i paruo terre cespite coluit: vt post asperuz iter aliquando venientes. solacio refouerẽtur. hoc fratrũ fuit refrigeriuz. ꝛ paruulam messez quaz bestie que propter aquaz illuc adueniebãt depaste sunt: e quibus vnam apprehẽdẽs dixit omnibus. Cur me leditis . nihil a me lese. Abite. ꝛ in nomine domini. ne huc appropietis vlterius. Quis nõ credat post hanc denunciationez quasi timentes: nunq̃ illuc bestias propinquasse. Sic antonium impenetrabilia montium ꝛ deserti intestina captantem . orationibus etiaz dedito: introeuntes fratres magnis vix precibus extorserunt: vt oliuas ꝛ legumen ꝛ oleum. quod post menses aliquot ministrabant. dignaretur accipere. ꝛ senili modicũ laxaret etati . Prob nepbas quantas ibi conuersans expertus est luctas: vere secũdum quod scriptum est. non illi aduersus carnem ꝛ sanguinem fuisse colluctationẽ sed aduersum principatus ꝛ potestates: ab his qui ad eum ingrediebantur: agnouim⁹ Illic enim tumultus ꝛ voces populi. armorumq̃ sonitus prorsus plenum montem demonum multitudine se vidisse referebant. ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem. ꝛ fortiter colluctantez. Qui tamen ꝛ aduenientes suo refouebat hortatu: ꝛ flexis genibus armisq̃ orationum. omnez sathane prosternebat exercitum. Admiratione plane dignum est. in tã immani solitudine vnum hominez. nec demonum quottidianas expauisse congressiones. nec tantarum bestiarum quadrupedum siue reptilium. diuerse cessisse feritati. Juste dauid cecinit. Qui confidunt in domino sicut mons syon non commouebitur in eternum. Immobilem ꝛ tranquillã retinens animi firmitatem: ꝛ demones fugabat. ꝛ feras: sicut scriptum est: secum pacificabat. Sed ꝛ diabolus: vt supra dictus prophęta ait: obseruans eum. frendebat dentibus suis. ꝛ ille saluatoris auxilio. ab vniuersis tutus perseuerabat insidiis.

¶ Quadam ergo nocte cum peruigili cura obsecraret dominum. tantos in monasterium eius bestiarum greges coaceruauit: vt omnes heremi beluas circum se aspiceret. Que cum rictu oris morsum corpori minitarentur: intellexit hostis astutias. dixitq̃. Si a domino in me vobis est tributa licentia deuorate concessum. si autẽ demonum huc venistis impulsu quam totius abite. quia christi famulus sum. ita factum est. ꝛ cum iubentis voce omnis bestiarum multitudo quasi maiestatis verbere cederetur: aufugit. ¶ Non multi post hec fluxerant dies : ꝛ alia oritur cum eodem hoste certatio. Operante illo: nam semper vt venientibus pro his que sibi detulerant aliquod munusculum rependeret: laborabat: traxit quidam sportelle

texebat triciam:siue funiculū. Ad cuius motum exurgens: vidit bestiā pubetenus humanam faciem preferentem: que exin de in asinam finiebatur. ¶Post cuius aspectum vexillū crucis in fronte sua pingens hoc tñ ait. Christi seruus sum. si ad me missa es nō fugio. Nullū in medio spaciū. ꝛ statim informe prodigiū dicto otius cū satellituz turba fugit: ꝛ i medio cursu ruens extinctū est. Jsta autem explosi moꝛs atque enecatio prodigii: demonū erat cōmunis interitus: qui omni studio laboꝛātes: antoniuz a deserto deducere non valuerunt. Mirādis plus mirāda succedūt. Nō grāde post ista tēpus excesserat. ꝛ tantaꝫ victoriaꝫ homo fratrum precibus vincitur. A monachis enim rogatus vt eos dignaretur inuisere. vna cū his profectus est. iposti camelo aqua ꝛ panibus: quia nusq̄ꝫ preter monasterii locū ex quo hauserant. potalis aqua per arentē viam reperiebatur. Ueruz i medio itinere: bibēdi subsidia defecerunt. Ardoꝛ nimius. estus intolerabilis: moꝛtez cuncta minitantuz. Circueunt. ꝛ querunt saltim collecta pluuiis lacunaz: nihil proꝛsus remedii: nihil occurrit penit⁹ ad salutez. Camelus quasi periturus. ꝛ ipe estuans dimittitur. estuans pectus exurit̄ur: ꝛ sitis desperatione feruescit. Mouit senez fratrū cōmune discrimen: ꝛ vehemētissime cōtristatus ingemuit. Debinc ad solita precum auxilia confugiens paululum ab eis secessit: ibique genibus fixis: supplices manus tetendit ad dominuz. Nec mora: ꝛ ad primas rogantis lachrimas. i oratiois loco: fons ebulliēs erupit. ibique extincta siti: ꝛ arentia membꝛa refecta sunt. ꝛ plenis vtribus inuentum potant camelum. Jta enī casu euenerat: vt camelus errans per heremū: duz funiculuz trahit: in quodam lapide eiusdem alligatione funiculi teneretur. ¶Tandem confecto itinere ad monachos: qui inuitauerant: peruenit. Tunc vero quasi patri omnes obuiaz currunt: ꝛ honoꝛifico salutatu in oscula eius ꝛ amplexus certatim ruunt. ¶Proposito fer/uenti gaudet antoni⁹: ꝛ letantib⁹ de aduē tu suo cunctis quasi exenia de monte portans: spiritualia impartitur alimenta. Laudat veterum studia. hoꝛtatur nouoꝛum. Soꝛoꝛem quoque iam vetulam virginez vidēs. ꝛ aliarum puellarum magistram: mira exultatione sustollitur. Exinde quasi diu abesset ab heremo: rursum festinauit ad montem. ¶Plurimis iam ad illum venientibus cum etiam vexati a demonib⁹ malo necessitatis coacti auderent deserta penetrare: quos ille consolans. ꝛ monachis in commune precipiens: aiebat. Credite in iesum fideliter. mentem a malis cogitationibus. carnem ab immundiciis seruate puram: ꝛ iuxta eloquia diuina. ne seducamini in saturitate ventris. Odite vanam gloꝛiam. oꝛate sepissime. psallite vespere ꝛ mane ꝛ meridie: ꝛ mandata scripturarum reuoluite. ¶Recoꝛdamini gestoꝛuz que sancti quique fecerunt: vt exēpli memoꝛia animam incitet ad virtutem. refrenet a vitiis. Suadebat etiam: iugi meditatione retinendum apostoli sermonem quo ait: sol non occidat super iracundiā vestrā Non tm̄ autem super iracundiam solez. occidere nō debere iterpretabatur. sed ꝛ super omnia delicta hominū: ne peccatoruz vnq̄ꝫ nostroꝛum. aut i nocte luna. aut i die sol testes abscederent. illius quoque ammonebat precepti quod dicit. Diiudicate vosmetipsos. ꝛ pꝛobate: ut rationem diei noctisq̄ꝫ facientes: si in se delictum deprehendissent. peccare desisterent. sin autem nullus error decepisset. perseuerantes in starent potius incepto q̄ꝫ arrogantia tumidi aut alios contemneꝛent. aut sibi iusticiam vendicarent iuxta supradicti doctoris eloquium dicentis. ¶Nolite iudicare ante tēpus: magis debere eos christo: cui soli occulta patent: reseruare iudicium. Multas esse: ut scriptum est vias: que videntur hominibus iuste. sed fines earum ad profundum respicere iferni. Sepe nostra non posse nos intelligere peccata. sepe falli in ratione gestoꝛum: aliud esse dei cūcta cernētis iudiciū. q non ex superficie corpoꝛ. sed ex mentium iudicat archanis

Equum autez esse nos nobis compati: et inuicem onera nostra portare: vt cõcesso examine saluatori: propias conscientias nosmetipsos diiudicãtes itueremur. Nec non precipiebat magnaz esse virtutis viam: si singuli vel obseruarent quid gererent: vel vniuersas mentium cogitatiões fratribus referrent. Non enim posse aliquez peccare: cuz relaturus esset ad aliuz quecunqz peccasset: z subire pudorem in publicuz turpia proferendi. Deniqz nulluz peccantẽ coraz alio peccare etiã si pecc cet: tamen testem vitare peccati: mentiri magis z negare: z vetus delictum nouo inficiendi augere delicta. Igitur quasi sub oculis agentes nostris: z cogitatu cõfundimur z actu si omnia referenda faciamus: multo autez magis si peccata nostra fideliter describentes: digeramus in ordinem. Tunc vero annotatio delictoꝝ fratrum videbitur oculis: tunc timebim⁹ peccati maculas: conscientie ipsi nos arguent apices. Et quomodo meretricibus membra miscentes cõfunduntur ad presẽtiaz ceteroꝝ: ita z nos erubescemus ad litterarum scripturas: hec agamus: hãc virtutis gradiamur viaz: z corpora mẽtibus subiugantes: pernicioſas diaboli conteramus insidias. Talibus sermonibus hortamentisqꝫ: z venientes ad se monachos incitabat ad studiuz: z patientibus condolebat: pluresqꝫ eorum dominus per antonium liberauit. Nunqꝫ tamen aut de incolumitate curatorũ est inflatus ad gloriam: aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmurauit. Magis autem eodez semper animo z vultu manens gratias deo referebat: suadens occupatis. vt correptionez qua vexabantur patientius ferrẽt. Non eniz anthonij aut cuiusqꝫ hominum omnino hanc esse medicinam: sed dei solius: q z quibus vellet: z quo vellet tempore: daret sanitatem. Ita consolatione sua: et vexatos eqnimit ferre tẽtationez z iam liberatos non sibi: sed deo gratias referre docebat. Frontho autez quidam vir ex palestinis: qui infestissimo demonio vexabatur. Nam z linguã eius laniabat dentibus: z oculorum nitebatur lumen extinguere: perrexit ad mõtem: rogabatqz beatuz senez: vt pro se dominum rogaret orauit antonius: dixitqz ad eum. Uade: z curaberis. Illo incredulo sibi: z violenter ibidez contra preceptũ remorãti. eadem gemmabat antonius dicens. Nic curari non poteris: egredere z calcata egypto statim te misericordia xpi consequetur. Tandez credidit: z ꝓfectus est: ac viso egypto ꝓm promissionez senis quaz ei dominus oranti reuelauerat: infestatio cessauit inimici. Uirgo vero quedã que a tripolitane regionis ciuitate deuenerat: iauditis ac flebilibus morbis laborabat. Etenim nariũ purgamenta oculorum lachryme: auriũ putridus humor in terraz cadens confestim in vermes vertebatur. Augebat calamitatẽ: corpus paralysi dissolutũ: oculos quoqz puersos contra naturam habẽs. Hanc parentes eius deferentes: cũ ad antoniũ monachos ire didicissent: credẽtes in dño: qui ptinacez sanguinis fluxũ in euãgelio tactu fimbrie stare preceperat: rogauerũt vt miserabilem filie comitatuz susciperent. Illis reni tentibus euz vsqz ad antoniuz ꝓduxere: remansere parentes foris cũ filia debili: apud beatũ confessorez z monachũ pasũ cium: qui effossis ꝓ xpo oculis sub maximiano psecutore: tali debonestamẽto corporis plurimuz gloriabatur. ꝑuenerũt igit ad antoniuz mõachi: Cũqz de morbo puelle referre disponerẽt relationẽ eorũ senis sermo preuenit: z omnez debilitatis z itineris vsqz ad sanctũ pasunciuz: causaz quasi ipse interfuisset exposuit. Rogãtibus autẽ cũ monachis vt parentib⁹ cuz filia permitteret ingressus: non concessit: sed ait. Ite: z inuenietis puellã si nõ ẽ mor tua curatã. Et adiecit. Null⁹ debz ad meam humilitatẽ puenire qa largitio curationũ nõ ẽ humane miserie: sz iesu xpi misi cordie q̃ vbiqz in se credẽtib⁹ ꝑstare cõsueuit auxiliũ. Qꝺobrẽ z illa ꝓ qua petitis: suis precibus liberata est: z cum ad domi-

num orarem ego:mihi presentia sanitatis eius indulta est: dixit.ꝛ verba eius pu/elle incolumitas secuta est. Nam exeun/tes foras ad beatum pafnucium ꝛ filiam sospitem: ꝛ parentes letos repererunt.

Non multum autem post istos dies:cum duobus fratribus introeuntibus ad an/tonium aqua in itinere defecisset: ꝛ vno siti mortuo alter iaceret in terra mor/tem expectans:antonius sedens in mon/te:celeriter ad se duos monachos vocauit qui forte ibidez sunt reperti:ꝛ festinato p/cepit vt lagenam aque assumentes:inua/derent iter quod ducit ad egyptum:dixit qz.Unus e fratribus huc aduenientibus modo migrauit ad dominum:alter si non cucurreritis:addetur. Hoc enim mihi nũc oranti reuelatum est.ꝰ Sic ait: ꝛ iuxta preceptum eius monachi festinantes:ex/tinctum corpꝰ inueniunt terraqz id ope/rientes: alterum refocillatum suo iunxe/runt comitatui. ¶Erat autem spatium iti neris vnius diei. ¶Fortasse aliquis hoc querat. cur non anteqꝫ moreretur antoni us dixerit: incongruo prorsus christianis argumento vtitur: quia non antonii:sed dei fuit iudicium: quia ꝛ de recedente quam voluit sententiam tulit. ꝛ de sitiẽte reuelare dignatus est.hoc tantum in an/tonio mirabile est: qꝫ in monte remotissi/mo sedens corde peruigili cuncta pro/cul posita domino indicante cognosce/ret. Aliquo rursus in tempore cum se/deret in monte.ꝛ oculos subito tendisset in celum vidit nescio quam animam letã/tibus in eius occursu angelis:ad celuz p/gere.Cuius spectaculi nouitate stupefa/ctus beatum dixit sanctorum chorũ:ora/uitqz ut sibi rei presentis agnitio pãde/retur. Et statim vox ad eum facta est in/quiens istã esse ãmonis monachi animã. qui nytrie morabatur. Erat autem ãmon vir grãdeuus qui pseueranter a puericia vsqz ad senectutem in sanctitate vixerat Itinere quoqz dierũ.xiii spatio a nytria locus i quo sedebat ãtoniꝰ diuidebaꝫ. vi dẽtes aũt eũ monachi ãmirãtẽ g uenerãt deprecati sũt. vt causam hilaritatis edice ret.Quibꝰ ait. Modo ammon quieuisse: quem propter frequentem eius ad anto/nium cõmeatum.ꝛ propter celeritatẽ in/dultoꝫ ei a domino signoꝫ optime noue rant.de quibus etiam hoc vnum dicẽdũ est. Necesse ei fuit aliquando flumen no/mine licum subitis aquis inundatũ trans/uadare.rogauitqz theodorum qui cũ ipso erat: vt paululum a suo separaretur aspe ctu: ne nuditatem corporis inuicẽ vter qz conspicerent. ¶Recessit theodorꝰ. Ni/hilominus ille seipsum cũ nudare vellet erubuit.Cogitantem autem eum in alte ram ripam virtus diuina transposuit.

¶Rursusqz theodorus vir.ꝛ ipse deo deuo tus transiens ad senem mirari cepit:qꝫ tã velociter fluuium transuadasset. Cumqz nihil humoris in pedibus: nihil in vestibꝰ eius aque conspiceret: rogauit eum vt tã incredibilem translationem quasi filio pa ter exponeret. Nolente illo dicere que ac ciderant:amplexus est pedes eius: iura/uitqz non se dimissurum priusqꝫ sibi id qꝺ celabat referret.Uidens ergo senex con/tentiose vincere volentem fratrem: exe/git vicissim ab eo: vt nulli hoc ante suam mortem indicaret: atqz ita confessus est: se subito in alteram ripam fuisse transpo/situm:neqz omnino vndis impressisse ve/stigia: dominici corporis hoc tantummo/do priuilegium asserens ꝛ eorum quibus ipse vt apostolo petro donauerat: vt aq̃/rum lenitate humanuz corpus insisteret.

Hec autem theodorus premisso tempore non dixit:post eiꝰ morte rettulit: Mona/chi ergo quibꝰ dixerat antonius de morte Ammon:notauerunt diẽ: ꝛ venientibus de nitria fratribus:post dies triginta sci/scitantes:reppererunt illo die illaqz hora dormisse ammon:qua animam eius fer/ri senex viderat: vtriqz igitnr puritatem mentis in antonio mirati sunt: quomodo rei tam longe geste statim ad eum fuisset perlata cognitio. ¶Archelaus quoqz co mes:cum eum inuenisset in exteriori mõ/te:rogauit vt oraret pro policracia publij

filia:que i laodicia erat admirabili ꝛ xpō vedita virgine. ¶Patiebatur enim pessi/
mos stomachi ꝛ lateris dolores: quos ie/
iunijs nimijsvigilijsqꝫ contraxerat:ꝛ erat
penitꝰ toto debilis corpore. Orauitqꝫ an/
tonius:ꝛ diez quo oratio fuerat facta:an/
notauit archelaus. ¶Redit in laodiciam: ꝛ
inuenit virginem incolumen. ¶Percūcta/
tus diē sanitatis: repperit tempus mede/
le:cum annotatiōe congrucre. Et omnes
ammirati sunt: agnoscentes eo tempore
illam a domino fuisse a doloribus libera
tam:quo orans antonius pro ipsa:bonita/
tem saluatoris inuocauerat. ¶Sepe etiā
ad se venientium turbarum: ante dies ꝛ
menses:ꝛ causas predixit ꝛ tempora. Nā
quosdam videndi eum tantum desideriū
alios imbecillitas:nonnullos obsessa a dē/
monibus corpora pertrahebant:nemo ta
men vnqꝫ vexationem aut detrimentum
laborioſi itineris conquestus est.regredie
bantur omnes spiritali cibo pleni. At ille
precipiebat:non sue laudi banc āmiratio
nem ab eis applicari debere:sed domini
qui sui notionem hominibus pro capacita
te mortalitatis indulserit. ¶Quodam au
tem tempore cum exisset ad exteriora mo
nasteria:ꝛ rogatus esset a fratribus: vt in
naui quadam cum monachis proficiscen/
tibus oraret: ascēdit: ꝛ solus ex omnibus
odorem sensit teterrimuꝫ.asserebant cun
cti piscium salsorum ꝛ caricarum in naui
positarum hunc esse putorem. At ille alte
rius rei fetorem se sentire affirmauit. Ad/
huc loquente illo:adolescens quidaꝫ pos/
sessus a demone.qui procedens iuxta ca/
rinaꝫ se nauis,absconderat:repente excla
mauit. Quo statim per antonium in nomi
ne domini iesu christi curato: intellexere
vniuersi diaboli illum fuisse putorem.
¶Alius quoqꝫ ad eum vir inter suos nobil'
demoniosus adducitur tanta oppressus i
sania: vt non sciret se esse apud antoniuꝫ:
necnon ꝛ corporis sui superflua comede/
ret. Quāobrem.rogatꝰ senex ab his q eū
adduxerant: vt pro illo dominum oraret:
itantum inuenis miserie ꝺdolutt: vt tota
nocte peruigilans cū eo.aduersus patien
tis insaniam laborꝛaret. Sed cum iaꝫ luce
sceret. ꝛ obsessus impetu in antonio fa/
cto: vehementer eum impulisset.irasci ce
perunt qui eum adduxerant:cur seni fecis
set iniuriam. Quibus antonius ait. Noli
te alienam culpam iuueni misero ascribe/
re. furor iste obsidentis est nō possessi. Id/
circo autem in banc prorupit: dolens ho/
stis audaciam: quia dominus ad aridam
regionem ire eum iussit:ꝛ expulsi sathane
iudicium iste aduersum me impetus fuit.
¶Nulla post verba mora: ꝛ adolescens
recepto sensu: ꝛ gratias agens deo: ꝛ lo/
cum ubi esset agnouit: ꝛ toto antonium
complexans: deosculatus est affectu.
¶Innumera ꝛ alia istiusmodi signa sunt:
que monachorum concordi sepe relatio/
ne cognouimus. ¶Verum non tantum
his adhibendus est stupor. quia multo/
plus que sequuntur conditionem nostre
fragilitatis excedunt. Hora circiter no/
na: cum ante cibū orare cepisset:raptum
se sensit in spiritu.ꝛ ab angelis in sublime
ferri prohibētibus tranſitū aereis demo/
nibus:ceperunt angeli contradicentes re
quirere que esset causa retinēdi nullis exi
stentibus in antonio criminibus. Illis ve
ro ab exordio natiuita.is replicare pecca
ta nitentibus:calūnioſa angeli ora clause
runt dicentes:non debere eos a natiuita
te eius delicta narrare:que iam christi es/
sent bonitate sopita: si qua autem scirent
ex eo tempore quo factus est monachus:
ꝛ deo se consecrasset:liceret proferri. Ac
cusabant demones multa procaciter mē/
tientes:ꝛ cum deessent probamenta falla
cibus.liber antonio conscensus aperitur.
Et statī rediens in se:in eo loco in quo sta
re ceperat:hoc se rursum vidit esse quod
fuerat. Tunc vero oblitꝰ esce ex illa ho/
ra noctem gemitu ac lamentatione trans
egit:reputans secum humanorum hostiū
mltitudinē ꝛ colluctationē tāti exercitus
ꝛ laborioſū p aerē it̄ ad celū:ꝛ ꝟ apli dictū

quo ait. Non ē vobis colluctatio aduersus carnē: sed aduersus principes potestatis huius aeris. Qui sciens aereas potestates ob id semper tēptare: luctari: ⁊ cōtendere: ne nobis liber transitus esset ad celum: hortabatur monens. Assumite arma dei vt possitis resistere in die mala: vt nihil mali habens: quod de vobis dicere possit inimicus confundatur: nos autem apostolici sermonis recordemur dicentis. Siue in corpore siue extra corpus nescio. deus scit. Et paulus quidem vsq; ad celum tertium raptus est: ibiq; audita verba inefabilibus descendit. antonius autem vsque ad aerem sublatus post colluctationem liber consensus apparebat. Habebat etiam istiusmodi donum. Si cuius rei sedens in monte ignarus fuisset: ⁊ eius secum inquireret notionem: oranti ei a domino reuelabatur: ⁊ erat secundum quod scriptum est a deo doctus.

ſanctus cū fratribus. ⁊ de ſcripturis ne/ ſcio quid inter ptaretur erupit ille de ma nibus ſe tenentiū. Et dū peruenisſet ad ſanctū hylarionē ſtati amplexās eū poſt tergū in ſublime eleuauit. Et clamor in/ gēs ortus ē ab omnib⁹:timebāt enī ne cō fecta ieiunijs membra collideret. Et ſan/ ctus Hylarion ridens. ſilete inquit ⁊ mihi meū paleſtritā dimittite:ac ſic reflexa ſu/ per humeros manu:caput ei⁹ tetigit: ap/ prehenſoq3 crine: ante pedes ſuos addu/ xit: cōſtringens e regione ambas man⁹ ei⁹ ⁊ plātas vtroq3 calcans pede: ſimulq3 cōgeminās torquere demonū turbas ce/ pit. Cumq3 ille eiularet:⁊ reflexa ceruice terraq3 vertice tangeret:dñe inquit ieſu o me miserū ſolue captiuū: ⁊ vnū ⁊ plures vincere tuū ē. ℟ē loq̄r inauditā. Ex vno hoīs ore diuerſe voces:⁊ cōfuſus populi clamor audiebatur. Curatus itaq3 et hic poſt non multū tēporis cū vxore ⁊ liberis vēit ad mōaſteriū:plurima q̄ſi grāz reddi tur⁹ dona afferēs. Cui ſāct⁹ ait. Nō legiſti qd giezi. qd ſymon paſſi ſūt: quox alt ac cepit preciū:alter obtulit vt ille venderet gratiaz ſpūs ſancti: hic mercaretur. Cūq3 orion flēs diceret accipe ⁊ da pauperib⁹ Tu meli⁹ inquit tua potes diſtribuere q p vrbes ambulas ⁊ noſti pauperes: ego qui mea relig cur aliena appetā? Multis nomen pauperum: occaſio auaricie eſt. Miſericordia artē non bēt. Nemo meli⁹ erogat q̄ q ſibi nihil reſeruat. Triſti aūt ⁊ in harena iacenti:noli ingt ⁊triſtari fili:qđ facio p me:⁊ pro te facio. Si enim hec ac/ cepo:⁊ ego offēdā deū:⁊ ad te legio reuer tet. Quis vero ſilentio poſſit preterire q⁹ zazanus mayumites haud longe a mo/ naſterio eius:lapides ad edificandum de ora maris cudēs:tot⁹ paliſi ſolut⁹ ē: ⁊ ab oparijs ſocijs delat⁹ ad ſanctū hylarionē ſtatiz ad op⁹ reuerſus ē. Et.n. litt⁹ qđ pale ſtine egyptoq3 pretenditur: per naturam mollib⁹ harenis in ſaxa dureſcentib⁹ aſpe ratur paulatiq3 coherens ſibi glarea per/ dit tactū:cū nō pdat aſpectū. Dz ⁊ italic⁹ qdā eiuſdez oppidi municeps chriſtianus aduerſuz gazēſū vix marne idolo deditū: circi eqs curules nutriebat:hoc ſiqdē i ro/ manis vrbib⁹ iā ex inde ſeruabat a romu lo: vt ꝓpter felicē ſabinax raptū conſcio quaſi cōſilioꝝ deo quadrige ſepteno cur rant circuitu:⁊ equos ptis aduerſe frāge/ re victorie ſit. Dic itaq3 emulo ſuo haben te maleficū qui demoniacis qbuſdā pcan tationib⁹ ⁊ huius ꝓpediret equos:⁊ illi⁹ cō citaret ad curſum: venit ad beatū hilari/ onē:⁊ nō tā aduerſariū ledi q̄ſ ſe defendi obſecrauit: Ineptuz viſuz ē venerādo ſe/ ni in huiuſcemodi nugis oratiōem pdere. Cūq3 ſubrideret ⁊ diceret:cur enī nō ma gis equorū preciū ꝓ ſalute aīe tue paupe ribus erogas? Ille reſpondit functionē eſſe publicā:⁊ hoc ſe non tā velle q̄ſ cogi nec poſſe hoīem xp̄ianū vti magicis arti/ bus: ſed a ſuo pot⁹ xp̄i auxiliū petere: maxime cōtra gaçenſes aduerſarios dei nō tā ſibi q̄ eccleſie xp̄i inſultantib⁹. ℟o/ gatus ergo a fratrib⁹ q aderāt ſanctis pa teram fictilem ī qua bibere conſueuerat: aqua iuſſit ipleri:eiq3 tradi. Quā cū acce piſſet italicus:ſtabulum ⁊ aurigas ſuos currūq3 repagula aſpſit. Mira vulgi ex pectatio. Nam ⁊ aduerſari⁹ hoc ipſū ir/ ridēs diffamauerat: ⁊ fautores italici ſi bi certati victoriā pollicētes exultabant igit dato ſigno bi auolāt:illi ꝓpediūt ſub horuz curru rote feruēt. illi ꝓteruolātiū terga vix cernūt. Clamor vulgi nimi⁹. ita vt ethnici quoq3 ipſi concreparent: mar/ nas victus a xp̄o ē. Porro furētes aduer ſarii:hylarionē maleficū xp̄ianox ad ſup/ pliciū popoſcerāt. Indubitata ergo victo ria ⁊ illis ⁊ multis debinc circenſibus plu rima fidei occaſio fuit. De p̄fato gazēſe emporii oppido: ꝓpter virginē dei: vicin⁹ iuuenis amando deperibat. Qui cū fre/ quēt tactu:iocis:nutib⁹ ſibil ⁊ ceteis huiu/ ſcemodi q̄ ſolēt mozitureꝫginitatis eē p̄n cipia: nihil ꝓfeciſſet:prexit membrum: se vt cōfeſſo vulnere ſuo:magicis artib⁹ re/ diret ad ꝫginē. Igit poſt annū edoct⁹ ab eſculapii uatib⁹ nō remediātis aīas ſz pdē tis: venit p̄ſumptū animi ſtupri geſtiens

et subter limē domus puelle:quedam tormenta ẏbox:t portētuosas figuras sculptas i eris cupri lamina defodijt:ilico ifamire virgo t amictu capitis abiecto: rotare crinem:stridere dentibus:iclamare nomē adolescentis cepit. Magnitudo gppe amoris se in furorem ẏterat. Perducta g a parentib⁹ ad monasteriū seni tradit: vlulante stati t cōfitēte demōe. vim sustinui inquit:iuit⁹ huc adductus sum. Ebene mephis somniis homines deludebā. O cruces o tormēta que patior. Exire me cogis:sz ligatus subter limen licio t lamina teneor: Non exeo nisi me adolescens qui detinet dimiserit. Tūc senex ait. Grādis fortitudo tua:q licio t lamia strict⁹ teneris.Dic quare ausus es ingredi puellā di:' Ait vt fuarē virginē. Tu ingt seruares perditor castitatis:' Quare nō poti⁹ i eum qui te mittebat ingressus es:' Ut quid inquit itrassez i illū : q habebat collegā meum amoris demonē. Noluit autez sanct⁹ antecz purgaret virginē vel adolescentē vel signa iubere perquiri: ne aut solutus incantationibus recessisse demō videret: seu ipse sermoni eius accōmodasset fidez asserens fallaces esse demones:t ad simulandū callidos : sed magis reddita sanitate icrepauit virginē : cur fecisset talia p q in eā demon intrare potuisset. Non solū autē in palestina t vicinis egypti vl'syrie vrbibus:sed etiā i longinquis ꝓuincis fama ei⁹ creuerat. Nāq cādidat⁹ ostātini ipatoris:rutilus coma t candore corporis idicās ꝓuinciā:int saxones quippe t alamānos gens ē: non tā lata cz valida q apud hystoricos germania nūc frācia dr antiq ab infantia possessus demone q noctib⁹ eū vlulare:igemiscere:t fremere dētib⁹ cōpellebat.secreto ab iperatore euectionē petit:causā ei simpliciter idicās. Et acceptis ad cōsularē qz palestine litteris cū ingēti honore t comitatu ad gazā ducetus ē. Qui cū a decurionib⁹ loci illius q/ sisset: vbi habitaret hylarion monachus: territi gazēses : t putātes aliqua ratione eū ab iperatore missū:ad monasteriū conciti prexerūt: vt t honorē cōmendato exhiberēt. Et si que de preteritis iniuriis hylarioni essēt offense:nouo officio deleren/ tur. Deābulabat autez nunc senex in barenis mollibus:t secuz de psalmis nescio qd murmurabat: videnscz tantaz turbā venientiuz:substitit:t resalutatis omnibus: manu eis benedicens post horam ceteris abire precepit:illū vero cuz seruis suis:et apparitorib⁹ iussit manere. Ex oculis. n. ei⁹ t vultu:cur venisset:agnouerat. Mox ergo ad iterrogationē suspensus hō vt vix terrā pedibus tangeret: i mane rugiens: syro quo interrogatus fuerat ꝑmone respōdit: videres de ore barbaro:t qui franceā tm̄ t latinā liguā nouerat: syra ad purū verba resonare: vt nō stridor nec aspiratio: non idioma aliqō palestini deesset eloquii. Cōfessus est itaqz quo i eū intrasset ordine:t vt interpretes eius intellige/ rent:qui grecā tantuz t latinā linguaz nouerant:grece quoqz eum interrogauit. Quo similiter t in ẏba eadem respondēte:multasqz icantationū occasiones t necessitates magicaruz artium ostendente non curo:ait quomodo intraueris:sed vt exeas in nomine domini iesu christi imꝑo. Cūqz curatus eēt simplicitate rustica decez auri libras offerēs.ordeaceū panez ab eo accepit audiens ꝙ qui tali cibo alerentur:aurū pro luto ducerent. Parū est de hominib⁹ loqui: bruta quoqz aialia quottidie ad eū furētia ptrabebant equoruz seu vaccaꝝ. Cameluz enormis magnitudinis:qui multos iam obtriuerat:trigīta t eo amplius viri distentuz solidissimis funibus cū clamore adduxerūt. Sanguinei erāt oculi:spumabat os: volubilis lingua vrgebat:super oēm terrorē rugit⁹ p/ sonabat ūanis. Jussit igit dimitti senex: statimqz t q adduxerāt: t q cū sene erāt: vsqz ad vnū omnes diffugierūt. Porro ille solus perrexit obuiā:t ꝑmone syro nō me iqt terres zabule tāta mole corporis: Et in vulpecula t i camelo vnus atqz idē es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quē cū furens t quasi deuoraturus seuiēs

belua pueniſſet:ſtatiz corruit: ſubmiſſūqz caput terre coequauit: mirantib⁹ cūctis qui aderant. poſt tātam ferociam tantam ſubito manſuetudinez: docebat autē eos ſenex: hominuz cauſa diaboluz etiā iumēta corripere: z tanto eoz ardere odio: vt nō ſoluz ipſos ſed ea quoqz que ipſoz eſſent: cuperet interire. Huiuſqz rei ꝓponebat exempluz: ꝙ anteqz beatū Job temptare permitteret: omnez ſubſtantiā ei⁹ interfecerit: nec mouere quēpiaz debere: ꝙ domini iuſſione duo milia porcoz a demonibus interfecta ſunt: ſiquidez eos qui viderant nō potuiſſe aliter credere exiſſe ō homine tantā demonum multitudinem. niſi grandis porcoz numerus: z quaſi a mītis actus pariter corruiſſent. Temp⁹ deficiet ſi voluero vniuerſa ſigna que ab eo ſūt perpetrata dicere. In tantā a domino eleuatus fuit gloriā: vt beatus quoqz antonius audiens uerſationez eius. ſcriberet ei: libenterqz eius epiſtolaz ſumeret: ac ſi quādo de ſyrie partib⁹ ad ſe languentes ꝓ rexiſſent. diceret: eis. Quare nos tam longe vexare voluiſtis: cū haberetis ibi filiū meuz hylarionē. Exēplo itaqz eius ꝓ totā paleſtinā innumerabilia monaſteria cē ceperunt. z omnes ad eū monachi certatim currere. Qz ille cernens laudabat xp̄i gratiaz: z ad profectū anime ſingulos coborabatur: dicens preterire figuram mundi hui⁹: z illā veram eſſe vitam que pūtis vite emeretur incommodo: volens autem exemplū eis dare etiā humilitatis z offi cii: ſtatutis diebus ante vindemiā: luſtrabat cellulas monachoz. Quod poſtqz cognituz eēt a fratribus: oēs prius ad eū cōfluebāt: z comitāti tali duce circuibāt monaſteria: hūtes viaticū ſuuz: quia iterduz vſqz ad duo milia hominū cōgregabant. Sed z ꝓcedente tēpore: vnaqueqz villa vicinis monachis ad ſuſceptionē ſanctoz gaudens cibos offerebat. Dane quantuz fuerit in eo ſtudii: nullū fratrez qꝫuis hūilez: qꝫuis pauperē ꝓterire illud indicio ē: ꝙ vadens in deſtrum cades: ad vnū ex diſcipulis ſuis viſendū cum infinito agmine monachoz peruenit beluaz: eo forte die quoanniuerſaria ſolēnitas omnez oppidi populū i tēplū veneris ogregauerat. Colunt autez illaz ob luciferū: cuius cultui ſarracenoz natio dedita eſt: ſz z ipſuz oppidum ex magna pte ſemibarbarum eſſe propter loci ſituz dicitur. Audito ꝙ sācto⁹ hilarion preteriret: mītos eni ſarracenoz arreptos demone frequenter curauerat: gregatiz ei cuz vxoribus z liberis obuiaz proceſſerūt: ſubmittentes colla z voce ſyra barech ideſt benedic iclamātes. Quos ille blande humiliterqz ſuſcipiēs: obſecrabat vt deum magis qꝫ lapides collerent: ſimulqz vbertiz flebat. celum ſpectans: z ſe pollicens ſi chriſto crederēt: ad eos crebro venturum. Mira domini gratia: nō prius eum abire paſſi ſunt: qꝫ future eccleſie limitem mitteret: z ſacerdos coruz. vt erat coronatus chriſti ſigno denotaret. ¶ Alio quoqz anno cum exiturus eēt ad viſēda monaſteria: z dirigeret ī ſcedula apō quos maneret: z quos in tranſitu viſitare deberet: ſcientes monachi quendaz ō fratrib⁹ parciorem: ſimulqz cupientes vicio eius mederi: rogabant vt apud eū manere: Et ille quid inquit vultis z vobis iniuriam: z fratri vexationem facere? Quod poſtqz frater ille parcus audiuit: erubuit: z adnitentibus cunctis vix ab inuito ipetrauit vt ſuuz quoqz in manſionum ordinem poneret. Poſt diem ergo decimum venerunt ad euz: cuſtodibus iaz in vinea quaſi villa eſſet aliena: ab eo diſpoſitis: q cum lapidibus z glebarum iactu: fūdeqz vertigine accedētes deterrerēt: ſine eſu vuarum mane omnes profecti ſunt ridente ſcne: z diſſimulāte ſe ante ſcire qō euenerat. Porro ſuſcepti ab alio monacho cui⁹ ſabbas vocabulū ē: debem⁹ qppe ꝓcitacere vocabulū. Largi dicere: qa dominicus erat dies: inuitabant ab eo vuuer ſi ad vineā vt ante horā cibi vuaz paſtu laborē vie ſublcuarēt. Et ſcūs hilarion maledict⁹ ait: q ꝓus refectionez corporis qꝫ aīe queſierit. Orem⁹: pſallam⁹ reddamus dño oīm: z ſic ad vineā ꝓperabitis.

Completo itaqz ministerio i sublimi stās: benedixit vinee: z suas ad pascendū dimisit oues. Erant autē qui vescebantur: nō minus tribus milibus. Cunqz centū lagenis extimata adhuc integra fuisset vinea: post dies viginti trecētas fecit. Porro ille parcus frater multominus solito colligens. etiam id quod habuerat: versum in acetū sero voluit. Hoc aūt multis fratribus senex: ante futuz dixerat. Detestabatur autē precipue monachos: qui infidelitate quadaz in futuz seruarent sua. z diligentiā haberēt vel sumptuū: vel vestiuz: aut alicuius rei cum seculo transeuntis. Deniqz vnū de fratribus i quinto a se miliario manentez: quia cōperit hortū sui nimis cautuz timidumqz custodez: z pauxillum habere nūmoz ab oculis suis abegerat. Qui volens sibi reconciliare senē: frequenter veniebat ad fratres: maxime ad esyciuz: quo ille vehementissime delectabatur. Quodaz ergo die ciceris fascez virentis sicut in herbis erat: detulit: Quez cum ad vesperz esycius posuisset in mensam: exclamans senex se putorez eius ferre nō posse simulqz vnde eēt interrogauit. Respondente autē esycio gz frater quidā primitias agelli sui fratribus detulisset: ñ sentis ingt putorē teterrimum z in cicere facere auariciā. Mitte bobus: mitte brutis animalibus: z vide si comedāt. Quod cum ille iuxta preceptū in presepia posuisset: exterriti boues z plº solito mugiētes ruptis vinculis in diuersa fugierunt. Habebat enī senex gratiaz banc: vt ex odore corporum vestiumqz: z earz rerum quas gs tetigerat: sciret cui demoni vel cui vicio subiaceret. Jgū senex sexagīta tres bīs ānos vite: cernēs iā grāde mōasteriū z multitudinē fratruz secuz habitantium: turbasqz eoz qui diuersis langoribus z īmūdis spiritibus occupatos ad se deducebant: ita vt omni genere hominū solitudo p circuituz repleretur: flebat quottidie z incredibili desiderio cōuersationis antiq recordabatur: interrogatº autez a fratribus quid haberet cur se cōficeret: aiebat. Rursus ad seculū redijz recepi mercedē meā in vita mea. En omnis palestina z vicine prouīcie extimāt me alicuius eē momenti: z ego sub ptextu monasterij dispensationē fratrz: ville possessiões z suppellectilez hēo. Seruabaī g intente a frib⁹ maximeqz ab esycio: q miro amore venerationis seni deditus erat. Que cū ita lugens biēnio tractaret: aristbene illa cui⁹ latius supra fecim⁹ mētionē: pfecti tūc vxor sed nihil de ābitu pfecti hīs: venit ad euz: volens etiā ad antoniū pgere. Cui ille flens ait. Uellē ipe quoqz ire si nō carcere hui⁹ monasterij clausus tenerer: z si eundi fructus eēt. Biduo enī hodie ēgz ex hac luce subtract⁹: z tot⁹ mundus tali parente orbatus é. Credidit illa z substitit: z p⁹ paucos dies veniēte nūcio: antonij dormitionez audiuit. Mirent alij signa sci hylarionis z portēta q fecit: mirent īcredibilem abstinentiā: sciaz: humilitatē: ego nihil ita stupeo: qz gloriā illā z honorē calcare potuisse. Cōcurrebāt epi: pbyteri. clericoruū z mōachoz greges: matrone quoqz xpīa noz grādis tēptatio z hīc ide ex vrbibus z agris vulg⁹ ignobile: sed z potētes viri z iudices: vt benedictū ab eo panē vl ole uz accipent. at ille nihil aliud nisi solitudinem meditabaī: ītantū vt q̄dam die ꝓficisci statuerit z adducto asello: nimijs gppe exesus ieiunijs vix īgredi poterat. iter arripe conareī. Qui cuz p heremū isset: z q̄si vastitas z exitiū palestie īdiceret pl' qz decē milia hoīuz diuerse etatis sex⁹ ad retinēdū congregata sūt. Jmmobilis ille ad pces. z baculo harenā discutiēs: loq̄batur. Fallacē deū meū nō facio: nec possiuz videre subuersas ecclesias: calcata xpi altaria: filioz meoz sāguinē. Uniuersi aūt q aderāt itelligūt reuelatū ei q̄dā eē secreti: qz nollet ꝯfiteri: z nihilomin⁹ custodiebāt eū ne pficisceret. Decreuit g publica voce oēs cōtestās ñ cibi se nec pot⁹ qppiā sumere. nisi dimitteret. Et p⁹ septē dies i edie tādē relaxat⁹ causa: ac vale dicēs plurimis: cū īfinito agmine psequentiū venit bethyriū: vbi psuasis turb vt reuerteret

elegit quadraginta monachos qui habe/
bant viaticū: vt posset ieiunantes ingre/
di .i. post solis occasuz cibū sumere. Qui/
ta igit die venit pelusiū visitatisqz q i vici
na heremo: z in loco q lychonos dicitur:
morabantur prexit triduo ad castrū thon
baston: vt videret dracontiū epm z cōfes
sorē q ibi exulabat. Quo incredibiliter cō
solato tāti viri pñtia: p9 aliud triduū mul/
to labore babillonē p uēit: vt iuisset phi
lonē epm z ipsuz ofessorē. Cōstātius enim
rex arrianox fauēs heresi vtrumqz in ea
loca deportauerat. Inde egrediēs p bidu
um venit ad oppidū afroditon: vbi cōuen
to dyacone baysano: qui locatis dromedi
bus: camellis. ob aque i heremo penuriā
osueuerat eūtes ad antoniū ducere cōfes
sus ē fratribus instare diē dormitiōis be/
ati antonij: z puigilē noctē in ipso q defun
ctus fuerat loco: a se ei debere celebrari.
Tribus ergo dieb9 p vastā z terribilē soli
tudinē: tandem ad mōtez altissimū pene
runt: repertis ibi duobus monachis: Isa/
ac videlicet z plusiano: quox ysaac inter/
pres antonij fuerat. Et qz se prebet occa/
sio: z ad id loci venimus: dignū videt dre
ui sermone habitaculū tāti viri describe/
re: Saxeus z sublimis mōs per mille cir/
citer passus ad radices suas aquas expri/
mit quax alie barene ebibūt: alie ad infe/
riora dilapse paulatiz riuuz efficiunt. Su/
pra quē ex vtraqz ripa palme innumera/
biles: multū loco z amenitatis z comodi
tribuunt. Videres nanqz senez huc atqz
illuc cuz discipulis bti Antonij discurre/
re: hic aiebāt psallere: hic orare: hic opari.
hic fessus residere solit9 erat. Has vites
has arbusculas ipse plantauit: illā arcolā
manibus ipse composuit: Hāc piscinaz ad
irrigandū hortulū mlto sudore fabricat9
est: istū ad fodiendū humū plurimis annis
būit. Jacebat xpo in stratu ei9: z qsi calēs
adhuc cubile deosculabat. Erat autē cel/
lula non plus mensure p quadrū tenēs: qz
bō dormiens extendi poterat. Preterea
in sublimi montis vertice quasi p cocleā
ascendētibus: z arduo valle nisu duc eius
dem mensure cellule videbant: i quibus
veniētiū frequentiā z discipulox suorum
ostuberniam fugiēs morat9 est: verū he in
viuo excise saxo: hostia tñ adita habebāt:
postq̄z autē ad hortulū venerant: videtis
ingt ysaac hoc pomeriū arbusculis cōsitū
z olerib9 virēs: añ hoc ferme trienniū cū
onagrox grex vastaret: vnū e ductorib9
cox stare iussit baculoqz tūdēs latera ei9
ait. Quare comedistis qō nō seuistis? Et
exinde exceptis aqs ad qs potādas ven/
titabāt: nunq̄z eos nec arbusculas nec ole
ra otigisse dicebāt. Preterea rogabat se/
nex vt sibi locum tumuli ei9 ostenderent.
Qui cū seorsuz eū abduxissent vtx ne mō
strauerit ignorat: cāz occultandi iustra pre
ceptū bti antonij fuisse re erētes: ne pga/
mus q i illis locis ditissim9 erat: sublato ad
villā suā sancti corpore martiriū fabrica/
ret. Igitur reuersus a froditon: duob9
tm̄ secū fratrib9 i vicina heremo morat9
ē: tāta abstinētia z silētio dedit9: vt eū pri
mū se cepisse xpo fuire diceret. Porro iā
triēniū erat q̄ clausuz celū illas tras are/
fecerat ita vt vulgo dicerēt antonij mor/
tē etiā eleméta lugere. Fama quoq̄z bila
rionis nō latuit incolas loci illi9 z certatiz
viri z mlieres ore luridi z attēnuati fame
pluuias a suo xpi. i. a successore Antonij
deprecabant. Quos ille cernēs mire do/
luit: eleuatisqz ad celū oculis. z vtrasqz in
sublime erigēs palmas statiz impetrauit
qō rogauerat. Ecce aūt sitiēs barenosa/
qz regio postq̄z pluuiis irrigata ē tātā spē
tiū z venenatox aialiū ex improuiso ebuli/
uit mltitudinē: vt pcussi innumerabiles ni
si ad hilarionē cōcurrissent: statiz iterirēt.
Bñdicto itaq̄z oleo vniuersi agricole at/
qz pastores: tāgētes vulnera: certā salu/
tē psumebāt. Videēs aūt se etiaz ibi miris
honorib9 affici: prexit alexādriā ide ad ite
ri9 monasteriū oasan trāsitur9: z qz nunq̄z
ex q̄ ceperat eē monach9 i vrbib9 māserat
diuertit ad quosdā frēs notos sibiti in bru/
chiū haud pcul ab alexādria. Qui cū mi/
ro gaudio suscepissēt senē: z iā vicina nox
cēt repete audiūt discipulos ei9 asinū ster

nere.illuzqz pare ꝓficiſci: itaqz aduoluti pedibꝰ eiꝰ rogabãt ne hoc faceret:ꝛ ante limẽ ꝓſtrati:citius ſe mozi q̃z carere tanto hoſpite teſtabanꝫ. Quibus ille reſpondit. Idcirco abire feſtino:ne vobis moleſtiaz generẽ. Certe ex poſteriozibꝰ cognoſcetis nõ fruſtra me ſubito receſſiſſe. Igitur gazẽſes altera vie cũ littozibꝰ p̃fecti:nam pdic eũ veniſſe cognouerãt itrãtes monaſteriũ:cũ illuz minime reperiſſen tadiuicẽ loquebanꝫ. Nõne vera ſunt q̃ audiuimꝰ? Magus eſt:ꝛ futura cognoſcit. Urbs eni gaza poſtq̃z profecto de paleſtina hilarione:iulianus ĩperio ſucceſſerat. deſtructo monaſterio eiꝰ:p̃cibuſq̃z ad ĩperatozẽ datis ꝛ hylariõis ꝛ eſycii mozte ĩpetrauerat: amboq̃z vt q̃rerenꝫ toto ozbe ſcriptuz eſt. Egreſſus g̃ ſanctus hylarion de bruchio p inuiã ſolitudinem intrauit oaſã:ibiq̃z anno plus minꝰ exacto:quia illuc quoqz euz ſui fama p̃uenerat:quaſi iã in oziente latere ñ poſſet: vbi mlti illũ ꝛ opinione:ꝛ vultu nouerãt:ad ſolas nauigare ĩſulas cogitabat: vt quẽ terra vulgauerat:ſaltẽ maria celarẽt. Eodẽ ferme tẽpoze adrianus diſcipulus eiꝰ de paleſtina ſupuenit dicẽs iulianũ occiſũ:xp̃ianũ ĩperatozẽ regnare cepiſſe:reuertí euz debere ad monaſterij ſui reliquias. Quod ille audiẽs ꝺteſtatꝰ eſt:ꝛ conducto camello per vaſtaz ſolitudinẽ venit ad maritimã vrbẽ lybie paratoniuz. vbi adrianus ĩfelix volens paleſtinã reuerti:ꝛ p̃ſtinã ſub nomine magiſtri querens gloziã:multas ei fecit ĩiurias. Ad extremũ ꝺuaſtatis: que a fratribus ei miſſa detulerat:neſciente eo ꝓfectꝰ eſt. Super hoc ſane: qa alter locꝰ referendi nõ é: hoc aũt tñ dixeriz in terrozẽ eoz qui magꝝos deſpiciũt q̃ pꝰ aliquãtũ tẽpozis mozbo regio cõputruerit: Habẽs g̃ ſenex zazanum ſecuz:aſcẽdit claſſez:ꝛ ſiciliã nauigabat. Cũq̃z venũdato cuãgelioz codice quem manu ſua adoleſcẽs ſcripſerat darc naulum diſponeret:ĩ medio ferme adria naucleri filiꝰ arreptꝰ demone: clamare cepit ꝛ dicere. Hilarion ſue dei cur nobis per te ꝛ ĩ pellago tutos cẽ non licet? Da mihi ſpaciũ. donec ad terrã ueniam:nec hic eiectus precipiter in abyſſos. Cui ille. ſi deus meus ait tibi concedit vt maneas: mane: ſin autẽ ille te eijciet: quid mihi ĩuidiaz facis homini peccatozi atqz mẽdico? Hoc autez dicebat:ne naute ꝛ negociãtes q in naui erãt: ſecũ ad terrã pueniſſent:prodere nt. Nec multo pꝰ purgatus eſt puer:patre fidẽ dãte ꝛ ceteris qui aderãt: nulli ſe ſuper nomine eiꝰ locuturos: Ingreſſus autẽ pachinuz promontoziũ ſicilie:obtulit nauclero euãgeliuz pro ſubuectiõe ſua ꝛ zazanni. Qui nolẽs accipe:maxime cuz videret eos excepto illo codice:ꝛ bis qbꝰ veſtiri erant amplius nihil habere:ad extremuz iurauit ſe nõ acceptuz. Sed ꝛ ſener aſſenſus ẽ fidutã pauperis cõſcientie ꝛ ĩ eo magis letabaꝫ qꝺ nihil haberet ſecuri:ꝛ ab accolis illius loci mendicꝰ putare tur. Porro recogitãs ne negociatozes de oziente veniẽtes ſe notuz facerent:ad mediteranea fugit loca:ideſt ĩ viceſimo a mari miliario.ibiq̃z in quodaz deſerto agello lignoz quottidie faſcez colligans: ĩponebat collo diſcipuli quo in ꝓxima villa venundato:ꝛ ſibi alimoniã:ꝛ bis qui forte ad eos veniebãt:pauxillũ panis coemebant. Sed vere:iuxta qꝺ ſcriptuz eſt. nõ põt ciuitas latere ſup mõtẽ poſita. Scrutarius quidã dũ ĩ baſilica beati petri apſtli rome torqueret: proclamauit ĩ eo imũdꝰ ſpiritꝰ. Ante paucos dies ſiciliã igreſſus ẽ hylarion ſuꝰ xp̃i:ꝛ nemo eũ cognouit. vt putat ſe eẽ ſecretũ:ego vadã ꝛ ꝓdã illuz. Statimq̃z cũ ſuis ſuis aſcenſa ĩ portu naui appulſus ẽ pachinũ: ꝛ ducẽte demone ãte tuguriũ ſenis ꝓſtratꝰ illico curatꝰ ẽ: ꝟ initiũ ſignoz eiꝰ in ſicilia. ĩnumerabilẽ deinceps adꝺeũ egrotãtiũ:ſz ꝛ religioſoz hominũ adduxit mltitudinẽ:ĩtantũ vt de p̃moziꝰ viris tumens quidaz morbo intercutis:atqz eadẽ die q̃ ad euz venerat curatꝰ ſit. Qui poſtea offerẽs ei ĩfinita munera. audiuit dictũ ſaluatozis ad diſcipulos. Gratis accepiſtis:gratis date. Cum hec ita gerũt ĩ ſicilia:eſyciꝰ diſcipl's eiꝰ toto ſenez ozbe q̃rebat:luſtrãs littora. deſerta pe

netrans:ꝛ hanc tm̃ habens fiduciaz:quia vbicumqz veniſſet diu latere non poſſet. Tranſacto ergo iaz triennio:audiuit mo thõe a quodã iudeo: vilia populis ſcruta vendẽte ꝓpbtã xp̃ianoꝝ apparuiſſe i ſicilia:tanta miracula ꝛ ſigna faciẽtez: vt de veteribus ſanctis putaretur. Interrogãs itaqz habitũ eius:ꝛ inceſſuz:ꝛ linguã maxímeqz etatẽ:diſcere nihil potuit. Ille enĩ qui referebat:famã ad ſe veniſſe hominis teſtabaꝫ: Ingreſſus ergo adriam ꝓſpero curſu venit pachinũ:ꝛ in quadã curui littoris villula:famã ſenis ſciſcitãs:conſonaoĩum voce cognouit vbi eſſet: quid ageret:nihil ita in eo cunctis admirantibꝰ q̃ꝫ qꝫ poſt tanta ſigna atqz miracula:nec fragmen panis quidẽ a quoq̃ꝫ ĩ illis locis acciepiſſet. Et ne longuz faciã ſermonẽ ſcũs vir eſycius:ad magiſtri genua ꝓuolutus plantaſqz eius lachrymis rigans:tãdẽ ab eo ſubleuatus:poſt bidui triduiqz ſermonez audiuit a zazano:nõ poſſe ſenem iam in illis habitare regionibus: ſed velle ad barbaras quaſdã pergere nationes vbi ꝛ nomẽ ꝛ ſermo eius ignotꝰ foret. Duxit itaqz eũ ad epydauꝝ dalmacie oppidũ: vbi paucis diebus in vicino agello manſitãs nõ potuit abſcondi. Siquidẽ draco mire magnitudinis quos gẽtili ſermone boas vocant: eo qꝫ taz grandes ſint:vt boues glutire ſoleant:omnez late vaſtabat prouinciam:ꝛ nõ ſolũ armẽta ꝛ pecudes: ſed ꝛ agricolas quoqz:atqz paſtores tractos ad ſe: vi ſpiritꝰ abſorbebat. Cui cũ pirã iuſſiſſet preparari:ꝛ oratione ad xp̃m miſſa euocato prꝛecepiſſet ſtruez lignoꝝ ſcandere:ignẽ ſuppoſuit: cũctaqz ſpectante plebe:immanem beſtiaz cõcremauit. Unde eſtuans quid faceret.quo ve ſe verteret: aliã parabat fugam: ꝛ ſolitarius terram mente perluſtrans: merebat qꝫ tacente de ſe lingua miracula loquerentur: Ea tempeſtate terremotu totius orbis quiꝑ iuliani mortẽ accidit:maria regreſſa ſunt terminos ſuos: ꝛ quaſi rurſuz deus diluuiũ minaretꝛ: vel ĩ antiquũ chaos redirẽt oĩa. naues ad p̃rupta dilapſe mõtiũ pepẽderũt. Quod cũ viderẽt epidauritani:frementes videlicet fluctus:ꝛ vndaꝝ molẽ ꝛ mõtis rugitum littoribus inferri: verẽtes qõ iã eueniſſe cernebant:ne oppidum funditus ſubuerteretur:egreſſi ſũt ad ſenem:ꝛ quaſi ad prꝛeliũ ꝓficiſcentes poſuerunt eũ ĩ littore. Qui cũ tria crucis ſigna pixiſſet ĩ ſabulo maris:manuſqz cõtra tẽderet: icredibile dictu eſt in quãtã altitudinẽ intumeſcẽs mare:ante eũ ſteterit:ac diu fremẽs:ꝛ quaſi ad obicẽ indignans: paulatiz in ſemetipſuz relapſuz ſit. Hoc epidauruz ꝛ omnis illa regio vſqz hodie prꝛedicat:matreſqz docent filios ſuos: ad memoriam in poſteros tranſmittendã: vere illud qõ ꝛ ad apoſtolos dictũ ẽ: ſi credideritis dicetis mõti huic:trãſi ĩ mare ꝛ fiet:etiã iuxta lr̃az impleri põt:ſi tamẽ quis habuerit apl̃oruz fidẽ:ꝛ talem qualẽ illis habendã dn̄s imperauit. Quid enĩ itereſt vtruz mons deſcẽdat in mare: an immẽſi vndaruz montes repente obriguerint:et ante ſenis tm̃ pedes ſaxei ex alia pte moliter fluxerint. Mirabatur oĩs vrbs et magnitudo ſigni ſalinis prꝛebuerat. Qõ intelligens ſenex in brꝛeui lembo claz nocte fugit:ꝛ inuẽta poſt biduũ oneraria nauí prꝛexit cypruz. Cumqz inter maleas et cyberaz pyrate derelicta claſſe in littore que non antemna ſz conto regitur duobus haud paruis myoparonibꝰ de ſe dromone occurriſſent:denuo binc inde fluctꝰ verrente remige:omnes qui in naui erãt trepidare:flere diſcurrere:prꝛeparare contos:ꝛ quaſi non ſufficeret vnus nuncius: certatim ſeni pyratas adeſſe dicebant. Quos ille prꝛocul intuens ſubriſit:ꝛ cõuerſus ad diſcipulos modice inquit fidei quare trepidaſtis? Nũquid plures ſunt hi q̃ꝫ pharaonis exercitus? et tamen omnes deo volente ſubmerſi ſunt. Loquebatur ꝛ nihilominus ſpumantibus roſtris hoſtiles carine imineb̃at:iactu m̃ lapidis in medio. Stetit g̃ ĩ ora nauis:ꝛ porrecta cõtra vẽientes manu:bucuſqz ait vẽiſſe ſufficiat. O mira rerũ fides ſtatĩ reſiliere nauicule ꝛ ipellẽtibꝰ ꝺ remis ad pupiz ipeꝛ

rediit. Mirabantur pyrate: post tergum se redire nolentes: totoqz corporis nisu vt ad nauigiū peruenirent: velociº multo q̄z venerant: ad littus ferebant. Pretermitto cetera ne videar ī narratione signorum volumen extendere: hoc solum dicaz: q̄ p spero cursu inter cicladas nauigans: binc inde clamantiuz de vrbibus ⁊ vicis: ⁊ ad litus concurrentiū: īmundorum spirituum voces audiebat. Ingressus ergo scīs hilarion paphū vrbez cypri: nobilē carminibus poetaruz: que frequēti terremotu lapsa: nunc ruinaz tm̄ vestigiis: quod olim fuerit: ostendit: in secundo ab vrbe miliario habitabat ignobilis: gaudēs q̄ paucis diebus quetus viueret. Verum non pleni viginti transiere dies: cuz per omnez illaz insulā vicūqz: quicūqz īmundos hēbant spūs: clamare ceperunt venisse hilarionē seruū xp̄i: ⁊ ad eū se debere properare: hō salomina hoc curiū: hoc laphite: ⁊ vrbes relique conclamabant: plerisqz asserentibus scire se quidez hilarionez: ⁊ verum illū esse famulum dei: sed vbi esset ignorare.

Intra triginta igit̄ nec multo āplius dies ducenti ferme tam viri q̄z mulieres ad eū congregati sunt. Quos cum vidisset dolens qđ se non paterentur quiescere: ⁊ q̄dammodo in vltionē sui seuiens: tāta eos orationū īstātia flagellauit: vt q̄dam statim: alii post biduum triduum ve. oēs vero intra vnam ebdomadam curarentur. Manens itaqz ibidem biennio: ⁊ semper ve fuga cogitans: esycium ad se venire sperabat: ⁊ palestinam misit ob salutationem fratruz ⁊ monasteriī sui cineres inuisendos. Qui cū reuertisset: cupiēti rursuz ad egyptū nauigare: hoc est ad ea loca: que vocant̄ bocholia eo q̄ nullus ibi x̄piano rū esset: sed barbara ⁊ ferox natio suasit vt in ipsa magis insula ad secretiorē locū cōscenderet. Quez cū diu lustrās omnia reperisset: perdurit euz duodecim milibº a mari procul: īter secretos asperosqz mōtes: et quo vix reptando manibus genibusqz posīt ascendi: Quo introgressus cōtemplatus quidem est terribilez valde ⁊ remotū locū: arboribusqz binc inde circundatum: habentez: etiam aquas de supcilio collis irriguas: ⁊ hortulū peramenū ⁊ pomeria plurima: quorū fructuz nunq̄z ī cibo sumpsīt: sed antiquissimi iuxta templi ruinam: exquo vt ipse ferebat ⁊ vt discipuli eius testabantur: tam innumerabilium per noctez ⁊ diem demonum voces resonabant: vt exercituz crederes. Quo ille valde delectatº: q̄ scilicet agonistas haberet in proximo: habitauit ibi per annos quinqz: ⁊ sepe inuisente se esycio: ī hoc extremo iā vite sue tempore refocillatus est: q̄ propter asperitatē difficultatēq̄z loci ⁊ vmbraz vt ferebat̄ vulgo multitudinem: nullus aut rarus ad se posset vel auderet ascendere. Quadā autez die ingressus sanctus hylarion hortulū: vidit hominem toto corpore paraliticū iacentē ante fores: interrogauitqz esyciuz quisnā esset. vel quomodo fuisset aduectus. Qui respondens, ait: procuratorem fuisse ville: ad cuius ius hortulus quoqz in quo ipsī erant ptineret. Et ille conlachrimans: tendensqz ad iacentez manuz: tibi inquit dico in nomine domini iesu christi surge ⁊ ābula. Mira velocitas. Adhuc enim verba in orelloquētis voluebantur: ⁊ iam membra solidata ad standuz hominem subrigebant. Quod postq̄z audituz est: etiaz difficultatem loci: ⁊ iter inuiuz plurimoruz vicit necessitas: nihil per circuituz cūctis vilis obseruantibus q̄z ve quo quomodo laberetur. Disseminauerat enim hoc de eo rumor: diu enim in eodez loco manere nō posse. Quod ille non leuitate quadaz aut puerili sensu victus faciebat: sed honorez fugiens ⁊ importunitatem: semper silentium ⁊ vitam ignobilem desiderabat. Igitur octogesimo etatis sue anno. cū absens esset esycius: q̄nasi in testamenti vicē: breuem manu propria scripsit epistolam: oēs diuitias suas ei derelinquens: euangeliū scilicet ⁊ tunicam saccineam cucullam ⁊ pallioluz: nam minister eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaqz ad egrotantem de papho multi religiosi viri: ma-

ɼime ꝙ eũ dixiſſe audierant:iaꝫ ſe ad dominum migraturum:ꝛ de coꝛpoꝛis vinculis liberanduꝫ. Sed ꝛ conſtantia quedam ſancta femina:cuius generum ꝛ filiã vnctione olei de moꝛte liberauerat. Quos omnes adiurauit vt ne puncto quidez hoꝛe poſt moꝛtem reſeruaretur:ſed ſtatiꝫ cũ in eodez hoꝛtulo terra operirent.ſicut veſtiꝝ erat:in tunica cilicina: cuculla ꝛ ſago ruſtico. Jamqꝫ modicus caloꝛ tepebat in pectoꝛe nec pꝛeter ſenſum quicq̃ viui hominis ſupererat: ꝛ tamen apertis oculis loquebatur. Egredere quid times? Egredere.quid dubitas anima? ſeptuaginta pe annos ſeruiſti xp̃o.ꝛ moꝛtez times. Inter hec verba exalauit ſpiritum. Statiꝫq̃ humo obrutum:ante vrbi ſepultũ q̃ moꝛtuuꝫ nunciauerunt. Quod poſtq̃ paleſtine ſanctus vir audiuit eſycius:perrexit ciꝓum:ꝛ ſimulans ſe velle in eodez habitare hoꝛtulo: vt diligentis cuſtodie ſuſpitionem acolis tolleret:cũ ingenti vite ſue periculo:poſt decem ferme menſes coꝛpus eius furatus eſt:quod mayumaꝫ inde deferẽs. totis monachoꝛuꝫ et oppidoꝛuꝫ turbis pꝛoſequentibus: in antiquo monaſterio condidit. ibiq̃ illeſa tunica:cuculla :ꝛ palio:ꝛ toto coꝛpoꝛe:quaſi adhuc viueret itegro:tantiſq̃ fragrante odoꝛibus:vt delibutum vnguẽtis putaretur. Non videt mihi in calce libꝛi tacenda ꝛ cõſtantie ſanctiſſime femine illius mulieris deuotio: q̃ perlato ad ſe nuncio:quod coꝛpuſculũ hylarionis paleſtine eſſet: ſtatim exanimata eſt: veram tꝫ ſeruum dei dilectionez moꝛte quoq̃ comprobans. Erat enim ſolita pꝛuigiles in ſepulchꝛo eius noctes ducere:ꝛ quaſi cum pꝛeſente ad adiutuãdas oꝛationes ſuas ſermocinari. Cernas vſq̃ hodie miram inter paleſtinos ꝛ cypꝛios contentionez:his coꝛpus hylarionis:illis ſpiritũ ſe habere certantibus:ꝛ tamen vtrobiq̃ magna quottidie ſigna fiunt:ſed magis in hoꝛtulo cypꝛi:foꝛſitan quia plus illum locũ dilexerat. Finit vita ſci hylarionis.

Incipit pꝛlog⁹ bti Hieronymi p̃bꝛi in vitam ſancti malchi captiui monachi.

Qui nauali pꝛelio dimicaturi ſunt.ãte in poꝛtu ꝛ trãglo mari flectunt gubernacula remos trahũt ferreas man⁹ ꝛ vncos p̃parãt: diſpoſitumq̃ p tabulata militem pendenti gradu ꝛ labente veſtigio:ſtare firmiter aſſueſcũt: vt q̃t ĩ ſymulachꝛo pugne didicerint: in vꝛo certamine nõ ptimeſcũt. Jta ꝛ ego q diu tacui ſilere ꝙppe me fecit:cui meus ꝑmo ſupplicũ eſt pꝛius exerceri cupio ĩ pꝛuo opere:ꝛ veluti quandaꝫ rubiginem lingue abſtergere: vt venire poſſiꝫ ad hiſtoꝛiaꝫ latioꝛez. Scribere enĩ diſpoſui:ſi tamẽ dominus vitam dederit ꝛ ſi vituperatoꝛes mei ſaltem fugientem me: ꝛ clauſum perſequi deſierint ab aduẽtu ſaluatoꝛis vſqꝫ ad noſtram etatem: id eſt ab apoſtolis vſqꝫ ad huius tempoꝛis fecem: quomodo ꝛ per q̃s xp̃i eccleſia nata ſit ꝛ adulta: perſecutionibus creuerit:martiꝝ coronata ſit:ꝛ poſtq̃ ad chꝛiſtianos pꝛĩcipes venerit. Potentia quidem ꝛ diuitiis maioꝛ.ſed virtutibus minoꝛ facta ſit. Ceruꝫ hec alꝫ:nunc que imminent explicemus.

Finit pꝛologus beati hieronymi in vitam ſancti Malchi. Incipit vita eius.

Vroman trigita fere milib⁹.ab anthiochia vrbe ſyrie: haud grãdis ad oriẽtẽ diſtat viculus: huc p⁹ multos dños vł patronos:dũ ego adoleſcẽtulus moꝛarer in ſyria ad pape cuagrij neceſſarij mei poſſeſſionẽ devolutus ſuꝫ.quẽ idcirco nunc nominaui:vt oſtenderẽ. vñ noſſez quod ſcripturus ſuꝫ. Erat illic ſenex quidã nomine malch⁹ quẽ nos latine regẽ poſſum⁹ dicere:ſyr⁹ natione ꝛ lingua:ꝛ vt rebar eiuſdẽ loci indigena. Anus quoqꝫ in ei⁹ ɔtubernio valde decrepita:ꝛ iaꝫ moꝛti ꝓxima viſebaꝫ:tã ſtudioſi ambo religionis:ſic eccleſie limen teꝛẽtes vt Zachariã ꝛ Heliſabeth de euangelio crederes:niſi ꝙ Johannes ĩ medio nõ erat.De his cuꝫ curioſe ab accolis q̃reꝛez:que nã eſſet eoꝝ copula matrimonij. an ſanguĩs:an ſpiritꝰ:omnes voce ɔſona

ſactos ⁊ deo placidos ⁊ mira neſcio q̄ re/
ſpōdebāt qua cupiditate illectus adoꝛſus
ſuꝫ bominē ⁊ curioſius ſciſcitās reꝝ fidez
bec ab eo accepi. Ego īquit mi nate nizi/
beni agelli colonus ſolus parētibus fui.
Qui cū me quaſi ſtirpē generis ſui ⁊ bere/
dem familie ad nuptias cogerent mona
chum me potius eſſe velle reſpondi. Quā
tis pater minis: quātis mater blāditijs p/
ſecuti fūt: vt pudicitiā ꝑderē: bec res ſola
indicio ē: ꝙ ⁊ domū ⁊ parētes fugi. Et qꝛ
ad oꝛientem ire non poteram: ꝓpter vi
cinam perſidem: ⁊ romanoꝛum militum
cuſtodiam: ad occidentez verti pedes: pu
ſillum neſcio quid poꝛtans viatici: qō me
ab īopia tīn defenderet. Quid mꝛa: per
ueni tandem ad beremum calcidos: que
inter mimas ⁊ beroas magis ad auſtrum
ſita eſt. Ibi repertis monachis: eoꝛum
me magiſterio tradidi: manu ⁊ laboꝛe vi/
ctum queritans: laſciuiamqꝫ carnis refre
nans ieiuniis. Poſt multos annos incidit
mibi cogitatio: vt ad patriam pergerem:
⁊ dum adbuc viueret mater: iam enim pa
trem moꝛtuum audieram: ſolarer vidui/
tatez eius: ⁊ exinde venundata poſſeſſiōe
partem erogarem pauperibus: ex parte
monaſterium conſtruerem. Quid erube/
ſco confiteri infidelitatem meaz: Partez
in ſumptuum meoꝝ ſolacia reſeruarem.
Clamare boc cepit abbas meus diaboli
eſſe tentationem: ⁊ ſub boneſte rei occa/
ſiōe: ātiqui boſtis aſturias. Hoc eſſe reuer
ti canē ad vomituꝫ ſuuꝫ. ſic multos mona
choꝝ eſſe deceptos: numq̄ dyabolū aper
ta fronte ſe pꝛodere. Pꝛopōebat mibi exē
pla de ſcripturis q̄ pluꝛima. inter que illō
ab inicio: ꝙ adā quoqꝫ ⁊ euaz ſpe diuinita
tis ſupplantauerit. Et cū perſuadere non
poſſet. pꝛouolutus gēibus obſecrabat. ne
ſe deſereꝛē. ne me perderez ne aratrū te
nēs pꝛ tergū reſpicerē. Ueb miſo mibi. di
ci peſſima victoꝛia reputās illū ñ meā vtili
tatē ſz ſuū ſolaciū q̄rere. pꝛoſecut⁹ ꝙ me ō
mōaſterio. q̄ſi fum⁹ efferret. ⁊ ad extremū
vale dicēs video ait te fili ſathane notatū
cauterio. Hō q̄ro cās. excuſatōes ñ ꝛcipio
ouis q̄ de ouili egredit: lupi ſtatiz moꝛſib⁹
patet. De beroea ediſſam pergentibus: vi
cina eſt publico itineri ſolitudo: per quā
ſaraceni incertis ſemper ſedibus huc atqꝫ
illuc vagantur. Que ſuſpitio frequentiaz
in illis locis viatoꝝ congregat: vt imi/
nens periculū mutuo auxilio declinetur.
Erant ī comitatu meo viri: femine: ſenes:
iuuenes: paruuli: numero circiter ſeptua/
ginta. Et ecce ſubito equoꝝ camello
rumqꝫ ſeſſoꝛes iſmahelite irruerunt: crini
tis vittatisqꝫ capitibus: ac ſeminudo coꝛ
poꝛe: pallia ⁊ latas calligulas traben/
tes. Pendebant ex bumero pbaretre:
⁊ laxos arcus vibꝛantes: baſtilia lon/
ga poꝛtabant. Non enim ad pugnanduꝫ:
ſed ad pꝛedandum venerant. Rapimur:
diſſipamur: in diuerſa diſtrabimur. Ego
interiz longo poſtliminio bereditari⁹ poſ/
ſeſſoꝛ: ⁊ ſero mei conſilii penitens: cuꝫ alte
rius muliercula in vnius beri ſeruitutem
ſoꝛtitus venio ducimur immo: poꝛtamur
ſublimes in camelis ⁊ per vaſtā beremū
ſemper ruinaz timentes: beremus potius
q̄ ſedem⁹. Cibus ſemicrude carnes: ⁊ lac
camelorum potui erat. Tandem grandi
anne tranſmiſſo: peruenimus ad interio/
rem ſolitudinez: vbi dominaz eiuſqꝫ libe/
ros ex moꝛe gentis adoꝛare iuſſi ceruices
flectimus. Hoc quaſi clauſus carcere mu
tato babitu: id eſt nudus ambulare diſco.
Naz aeris quoqꝫ temperies pꝛeter pudi/
citiaz nibil aliud velari patiebatur. Tra/
duntur mibi paſcende oues: ⁊ in maloꝝ
cōparatione ꝫ fruoꝛ ſolatio: ꝙ dominos
meos ⁊ conſeruos rari⁹ video. Videba/
tur mibi aliquid babere ſancti Jacob. re/
coꝛdabar Moyſi: q ⁊ ipſi in beremo pec/
coꝝ quondam fuere paſtoꝛes. Ueſce/
bar recenti caſeo ⁊ lacte: oꝛabā iugiter: ca
nebā pſalmos: quos in monaſterio didice
raz. Delectabat me captiuitas mea: age/
bāqꝫ deo iudicio gratias: ꝙ monachū quē
in patria fueraz perditur⁹: in beremo inue
neraz: o nibil vnq̄ tutuz apud diabolum: o
multiplices ⁊ ineſtabiles eius inſidie: ſic qz
me latentē inuenit inuidia. Dominus vi

dens gregē suum crescere:nihilqz in me
deprehendens fraudulentie.sciebā enim
apostolum precepisse dominis sic quasi
deo fideliter seruiendum:z volens me re
munerari.quo fidum sibi magis faceret
tradidit mihi:illam conseruaz mecum ali
quādo captiuaz. Et cuz ego refutarē. Di
cerēq; me christianū:nec mihi licere vxo
rem viuentis accipere:siquidē captus no
biscuz vir eius:ab alio domino fuerat ab
ductus. Ver⁹ille placabilis in furorē ver
sus:euaginato me cepit petere gladio:z ni
si festinus brachio tenere mulierez preoc
cupassez illico fudissez sanguinez. Jaz ve
nerat tenebrosior solito:z mihi nimiuz ma
tura nox:duco in spelunca semiruptaz no
uaz coniugez:z ꝑ nubante nobis tristitia
vterqz detestamur alterutr̄:nec fatemur
Tunc vere sensi captiuitatez meaz ꝑstra
tusqz humi:monachuz cepi plangere quē
perdebam:dicens. Vuccine miser serua
tus sum.ad hoc me mea scelera perduxe
runt incanescente iaz capite virgo: mari
tus fierez vxoris alicne? Quid prodest pa
rentes:patriaz:rem familiarez contēpsis
se ꝑ dn̄o:si hꝫ facio:quod vt ne facerē: illa
contempsi:nisi q̄ forte ꝓpterea hec susti
neo:quia rursum patriam desideraui: qd
agimus anima? perimus an vicim⁹? Ex
pectamus manuz dn̄i:an proprio mucro
ne cōfodimur? Uerte in te gladium: tua
magis mors timēda ē q̄ corporis. habet
z pudicitia seruata:martiriuz suuz. Jace
at insepultus xp̄i testis in heremo ipse ero
mihi persecutor z martir. Sic fat⁹ eduxi
in tenebris micantez gladiuz z acumine
ctra me verso. vale inquaz infelix muli
er.habeto me potius martirez q̄ maritū
Tunc illa prouoluta pedibus meis: ego te
inquit per iesum per huius hore neces
sitatem rogo:ne effundas sanguinem tu
um in sanguinem meum. vel si mori pla
cet in me primuz verte mucronez sic no
bis potius coniungamur. Etiaz si vir me⁹
ad me rediret: seruarē castitatē. q̄ me
captiuitas vocuit: vl̄ iterirē ātēq; pderē
cur moreris ne mihi iūgaris.ego morer
si iungi velles. Habeto ergo me coniugē
pudicitie:z magis anime copulam amato
q̄ corporis. Credant domini marituz xp̄s
nouerit fratrez. Facile psuademus nupti
as cuz nos viderint sic amare. Fateor ob
stupui z ammiratus virtutez femine con
iugē plus amaui. Nunq; tamen illius nu
duz corpus intuitus suz:nūq; carnez teti
gi:timens in pace perdere:quod in prelio
seruauerā. Transeunt in tali matrimonio
dies plurimi:amabiliorez nos dominis fe
cerunt nuptie simulate. Nulla fuge suspi
tio interdum z mense toto aberam: fidus
gregis pastor per solitudinē. Post grande
interualluz duz solus in heremo sedeo: et
preter celum terrāq; nihil video:cepi me
cuz tacitus voluere:z inter multa mona
chorum contubernia recordari:maximeqz
vult⁹ patris mei qui me erudierat: tenue
rat:perdiderat. Sicq; cogitās: aspicio for
micarum gregez:angusto calle feruere.
Uideres onera maiora q̄ corpora. Alie
herbaz q̄daz semia forcipe oris trahebāt.
Alie egerebant humuz ō foueis: z aqua
ruz meatus aggeribus excludebant Alle
venture byemis memores:ne madefacta
humus in herbam horrea verteret: illata
semina precidebant:he luctu celebri cor
pora defuncta portabant. Quodq; ma
gis miruz esset in tanto agmine egrediens
non obstabat intrantibus:quin potius si
quaz sub fasce vidissent z odore concidis
se:subpositis humeris adiuuabant. Quid
multa? Pulchruz mihi spectaculuz dies il
la prebuit:Unde recordatus Salomonis
ad formice solerciam nos mittentis: z pi
gras mentes sub tali exemplo suscitantis:
cepi tedere captiuitatis z monasterii cel
lulas querere:ac formicarum illarum so
licitudinem desiderare: vbi laboratur in
mediū. z cū nihil cuiusq; proprium sit: oīuz
oīa sūt. Regresso ad cubile:occurrit mihi
mlier tristiciā animi vultu dissimlare ñ po
tui. Rogat cur ita exaīat⁹ sim. audit cām.
horror ad fugā ñ aspnat̄ pcto silētiū: fidez

cribuit ⁊ iugi susurro inter spem ⁊ metum medii fluctuabamus Erant mihi in grege duo hirci mire magnitudinis: quibus occisis vtres facio: eoꝝ carnes viatico ꝑparo: ⁊ primo vespere putantibus dominis nos secreto cubitare: inuadimus iter vtres ⁊ partes carniuꝫ portantes. Lunqꝫ peruenissem⁹ ad fluuiuꝫ: nam decē milibus aberat: inflatis ⁊ ascensis vtrib⁹ agnos credidimus paulatiꝫ pedib⁹ subremigantes: vt deorsuꝫ flumine deferente: et multo longius cꝫ conscenderamus: in altera nos exponente ripam: vt vestigiuꝫ sequentes perderent. Sed inter hec made facte carnes: ⁊ ex parte lapse: vix tridui cibuꝫ pollicebātur. Bibimus vsqꝫ ad satietatem: future nos siti preparātes. Currim⁹ post tergum semper respicimus: ⁊ magis noctibus ꝑmouemur: vel ꝓpter insidias late vagantiuꝫ sarracenoruꝫ: vel propter ardorem solis nimium. Pauco miser etiā referens ⁊ iaꝫ securus: toto tamē corpore perhorresco. Post dieꝫ tertiū dubio aspectu procul respicimus duos camelos sedētes venire concite: statiqꝫ mens mali presaga putare dominū: meditari mortē solēꝫ cernere nigrescentes. Dūqꝫ timemus ⁊ vestigiis per harenas nos proditos ītelleximus: offertur ad dexteram spec⁹ longe sub terra penetrans. Igitur timētes venenata animalia: solent quippe vippere: reguli ⁊ scorpiōes: ceteraqꝫ huiusce modi feruorem solis declinātia vmbras petere: intrauimus quidē speluncaꝫ: sed statiꝫ ī ipo ītroitu sinistre nos fouee credidim⁹: nequaqꝫ vltra ꝓgredientes: ne dū mortē fugimus incurremus in mortem: illudqꝫ nobiscū reputātes: si iuuat miseros dominū⁹: habemus salutē: si despicit petōres: habemus sepulchrum. Quid putas nobis fuisse animi: quid terroris: cum ante specum haud procul starent dominus ⁊ conseru⁹ ⁊ vestigio indice iam ad latebras peruenissent: O multo grauior expectata: cꝫ illata mors. Rursus cum labore ⁊ timore lingua balbucit: ⁊ qsi clamante dño loquivel mutire non audeo. Mittit seruum vt nos de specu protrahat: ipse camelos tenet: ⁊ euaginato gladio nrm expectabat aduentuꝫ. Interea tribus ferme vl quatuor cubitis introgresso famulo: nobis ex occulto terguꝫ eius videntibus. Nā oculorum istiusmodi natura est: vt post solem vmbras ītrantibus ceca sunt omnia: vox per antrū sonat. Exite furtiferi. Exite miseri. Exite morituri. Quid statis: qd moramini? Exite dns vocat. Adhuc loquebatur: ⁊ ecce p tenebras aspicimus leenaꝫ īuasisse hominē: ⁊ gutture suffocato: cruentū intro trahere. Jesu bone. Quid tūc nobis terroris? quid gladii fuit? Spectabamus hostes nostruꝫ perire: domino nesciente. Qui cuꝫ videret illuꝫ moras facere suspicatus duos vni resistere. Sed ⁊ iraꝫ differre non valens sicut tenebat gladiuꝫ ad spelūcā venit: ⁊ clamore rabido seruī increpans secordiam: prius a fera tent⁹ est cꝫ nostras latebras preteriret. Quis hoc vnqꝫ crederet: vt ante os nrꝫ ꝑ nobis bestia dimicaret? Sublato ergo illo metu: similis ante oculos nostros versabatur interitus: nisi q tutius esset leonis rabiem cꝫ iram hominum sustinere. Pauemus ītrinsecus ⁊ ne mouere quidem nos ausi pstolamur euentum rei inter tanta pericula: pudicitie tantuꝫ conscientia pro muro septi. Leenna insidiaꝫ cauens: ⁊ visam se eē sentiens: apprehensum morditiis catuluꝫ matutina effert: nobisqꝫ cedit hospitio.

Neqꝫ tī satis creduli statim erupimus: sꝫ expectantes diu ⁊ egredi cogitātes: illius nobis semper figurabamus occursū. Sub tali ergo terrore ⁊ illa transacta die: exiuimus ad vesperaꝫ vidimusqꝫ camellos: qs ob nimiā velocitatē dromedarios vocant: ꝓteritos cibos in ore voluere: ⁊ ī aluuꝫ missos iteruꝫ retrahere. Quibus ascēsis: ⁊ noua sistartia refociliati: decimo tandē die ad romana per desertū castra peuenimus: oblatiqꝫ tribuno rei ordinē pandimus. Inde ad sabinianum mesopotamie ducē transmissi: cameloꝝ accepimus precium. Et quia iam abbas ille meus dormierat in dño: ad hec delat⁹ loca: me mo-

nachis reddo: hanc trado virginibus: diligens eam vt sororem: non tamen me ei credēs vt sorori. Hec mihi senex malch⁹ adolescētulo retulit. Hec ego vobis narraui senex: castis historiam castitatis expono: virginibus virginitatē custodire exhortor: vos narrate posteris: vt sciant inter gladios ⁊ deserta ⁊ bestias pudicitiaz nunq̄ eē captiuam: ⁊ hominē xp̄o dedītum: posse mori: non posse superari. Finit vita beati Malchi monachi captiui.

Incipit vita sancti Pauli simplicis.

Erit quidam inter

discipulos sācti Antonii Paulus nomine: cognomento simplex. Hic initiuz conuersionis sue: huiusmodi habuit. Cum vxorem suaz cū altero concubitantez vidisset nulli quicq̄ dicens egressus est domū: ⁊ mestitia animi tactus: in heremuz semetipsū dedit. Ubi cum anxius oberraret: ad monasteriuz venit Antonii: ibiq̄z ex loci amenitate ⁊ opportunitate cōsiliū capit. Cūq̄ adisset Antoniuz: vt iter salutis ab eo inquireret: ille intuēs hominem simplicis nature: respōdit ei ita demū euz posse saluari: si bis q̄ a se dicerentur obediret. Tūc ille oīa quecūq̄ p̄ciperet: facturuz se esse respōdit. Ut ǧ promissionez ei⁹ probaret Antonius ante fores cellule stā ti: hic inquit expecta me orās donec egrediar. Et ingressus māsit intrīsecus p totā diē ⁊ noctez: p fenestrā tn̄ ex occulto frequētius respiciēs videbat euz indesinenter orantē: ⁊ nusq̄ ꝓrsus se mouentez: sed stare in estu diei ⁊ rore noctis: ⁊ ita eē mā dati memorez: vt ne paruz q̄dez a loco se moueret. Egressus aūt die postera Antonius instruere cum ⁊ docere de singulis cepit: quomodo ope manuū solitudinē solaretur: ⁊ vigiliis q̄dez corpis opus carnale: cogitatiōe vero mentis ⁊ animi intentione: oparet̄ que dei sunt. Cibuz quoq̄z in vespera sumere: ⁊ precipue in potu cōfirmans non minus p aque abundantiaz fantasias anime fieri: q̄q̄ per vinuz calorē corporis increscere. Et vbi plene eū qualiter in singulis agere deberet instruxit: ī vicino: hoc est in trib⁹ a se milib⁹ cellulam ꝯstituit: ibiq̄z eū exercere que didicerat. iubet. Ipse tamen frequentius visitans eum gratulabatur: deprehendens illum ī his que sibi tradita fuerant tota intentione ⁊ omni sollicitudine permanentem.

Quadam autem die cum veniissent ad sācti antoniū fratres magni quidem ⁊ p fecti viri: accidit etiā pauluz adesse paritē cū eis. Et cū sermo de profundis rebus ⁊ mysticis haberet̄. cūq̄ de ꝓphetis ⁊ ō̄ salutatore p̄ma tractarēt̄: paul⁹ ex simplicitate animi inꝛrogat si xp̄s prius fuerit: an ꝓphe. Beatus ꝟo antoni⁹ cū p eo q̄ tā absurde ī terrogaret quasi erubuisset blādo motu: vt erga simpliciores solebat silere atq̄z abire eū iubz. Ille aūt q oē qd̄ cū q̄z ab eo dictū fuisset: tāq̄ p̄ceptum dei seruare īstituerat: abscedēs ad cellulā suaz tāq̄ mādato accepto: silentiū gerere instituit: nec omnino aliqd loqui. Qd̄ cū comperisset Antonius: mirari admoduz cepit vnde hec illi obseruātia placuisset: quam a se sciebat nō esse ei iniunctam. Cūq̄ iussisz eū loqui: ⁊ cur siluerit ī terrogaret: dicit ei Paulus. Tu pater dixisti mihi: vt irem ⁊ silerem. Et obstupefactus antonius ita ab eo sermonem quem ille negligēter protulerat obseruatum: omnes inquit nos ille condēnat: Cū enī nos de celo dominum nobis non audiamus loquentem ab isto qualiscūq̄ sit sermo: q ex ore nr̄o ceciderit: obseruatur. Multa tamen ⁊ sācti Antonius docere eū volens de obedientia: precipere ei solitus erat etiam: q̄ ratio ⁊ causa non posceret in quibus eius animus erga obedientiam probaretur.

Haurire nāq̄z aliquando euz aquam iussit ex puteo ⁊ in terrā tota die effundere: ⁊ cōtextas sportas resoluere: ac denuo texere ⁊ vestimentum dissuere: ⁊ iterum resuere. ⁊ rursus resoluere: ⁊ in pluribus huiusmodi exercitijs ab eo memoratur ībutus: vt in nullo prorsus etiam que contra rationem imperari videbantur: disceret ꝯtradicere: ⁊ ita per hec oīa īformat⁹:

tempori breui ad perfectionem venit. Ex cuius exemplo docebat beatus antonius q̄ siquis vellet velociter ad perfectionez venire: non sibiꝑi magister fieret: nec p̄ propijs voluntatibus obediret: etiā si rectuz videretur esse q̄d vellet: sed ſm mandatū saluatoris obseruandum esse: vt ante oia vnusquisq; abneget semetipm̄ sibi: ⁊ renū ciet p̄propijs voluntatibus: quia ⁊ ipse saluator dixit: ego veni non vt faciam voluntatem meam: sed eius qui misit me. Et vtiq; voluntas xp̄i non erat contraria volūtati patris: sed neq; qui venerat obedientiam docere inueniretur non obediens si propriaz faceret volūtatē: quanto magis ergo nos non iudicabimur obedientes: si propias faciamus voluntates. Denicq; supradictus ꝓ Paulus exemplo nobis est: q̄ obedientie ⁊ simplicitatis merito: in tantū spiritaliū gratiarum culmen ascendit vt multoplures ⁊ potentiores virtutes per ipsum: q̄s per sanctum Antonium dominus fecerit. Et qm̄ pro affluentia gr̄aruz ad eum multi ex omnibus terre partibus confluebant vt curarentur ab eo: verens b̄tus Antonius ne molestia multitudinis fugaretur: in interiori heremo quo accedi facile ab aliquo non possit: ꝫmanere eum fecit: vt venientes magis ipe susciperet antonius. Si quos vero ipe non potuissz curare: bos ad paulum tāq̄ ꝓlixiorē sanitatum gratiā habentem mittebat: ⁊ ab illo curabantur. Tantam autem simplicitatis fuisse apud euz fiduciā tradūt: vt quodaz tpe cum quidam rabiem patiens in modū canis: laniaret omnez qui ausus fuissz ad se accedere ⁊ p̄ductus ad eū fuisset: instabat orationi vt demonem qui eum vrgebat: fugaret. Et cuz mora fieret nec celer sequeretur effectus: quasi infantum more indignatus dixisse fertur ad dominuz. Vere non manducabo hodie: si eum non curaueris. Et continuo quasi delitioso domino satisfactum est a deo: ⁊ statī curatus ē rabid⁹. Finit vita b̄tī pauli simplicis.

Incipit vita sancte Paule edita a sancto Hieronymo p̄resbitero.

Si cuncta mei corporis membra verterentur in linguas ⁊ oēs artus humana voce resonarent: nihil dignum sancte ac venerabilis Paule virtutibus dicerem. Nobilis genere: sed nobilior sanctitate: potens quondam: sed nūc xp̄i paupertate insignior. Graccorum stirps: soboles scipionū: pauli heres. cuius vocabulū trahit: mecie pappirie matris africani vera ⁊ germana ꝓgenies. Rome p̄retulit bethleem: ⁊ auro tecta fulgentia: informis luti vilitate mutauit. Non meremus q̄ talem amisimus: sed gratias agimus q̄ habuimus: immo habemus. Deo enī viuūt oia ⁊ quicquid refertur ad dominum: in famille numero computatur: quāq̄ amissio illius celestis dom⁹ habitatio sit. Que q̄diu in corpore fuit: peregrinata est a domino ⁊ voce semper flebili querebatur dicens. Heu mihi: quia peregrinatio mea prolongata est habitaui enim cum habitantibus cedar: multum peregrinata est aīa mea. Nec mirum si planxerat se versari in tenebris. Hoc enim cedar interpretatur: cum mundus in maligno positus sit: ⁊ sicut tenebre eius ita ⁊ lumen eius. Luxq; in tenebris luceat: ⁊ tenebre eam non comprehenderint. Unde ⁊ illud crebrius inferebat: aduena ego suz ⁊ peregrina: sicut oēs patres mei. Et iterum. Cupio dissolui: ⁊ esse cum xp̄o. Quotiēs autez infirmitate corpusculi q̄s incredibili abstinētia: ⁊ duplicatis extraxerat ieiunijs: vexabat: dolebat: corp⁹ meū subiicio ⁊ in seruitutem redigo: ne alijs predicās ipa reprobra inueniar: ⁊ bonū ē mihi vinū nō bibere: ⁊ carnē nō mādudare: ⁊ humiliaui in ieiunio aiam meā: ⁊ totū lectū meū versasti in infirmitate mea: ⁊ versata suz in miseria: dum mihi ifigit spina: atq; iter doloris aculeos quos mira patientia sustinebat: q̄si aptos sibi celos aspiceret: loquebat. Quis dabit mihi pēnas sic colūbe: ⁊ volabo ⁊ requescam? Testor iesum ⁊ sanctos angelos

eius: ipsumq; proprium angelum: qui custos fuit ⁊ comes admirabilis femine me nihil in gratiā: nihil in ore laudantiū: ſz qcquid dicturus ſuz pro testimonio di/ cere: ⁊ minus eius esse meritis q̄ tot⁹ or/ bis canit. Sacerdotes mirantur: virginū chori desiderant: monachorum ⁊ paupeꝝ turba deplangit. Vult lector ei⁹ breui/ ter scire virtutes. Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirū de pro/ ximis ⁊ famuliola quam vtroq; sexu: de seruis ⁊ ancillis in fratres sororesq; muta uera ista proferre: cum custochiū virginē ⁊ deuotam christo filiam: in cuius conso/ lationem libellus hic cuditur: ꝓcul a no/ bili genere sola fide ⁊ gratia diuitez dere liquerit. Carpamus igitur narrandi or/ dinem. Alij altius repetant: ⁊ a cunabulis eius ipsisq; vt ita dicā crepūdijs matrem blesillam: ⁊ rogatū p̄ferāt patrez: quoruz altera scipionuz graccorūq; ꝓgenies est: alter p oēs grecias vsq; hodie ⁊ scemma/ tibus ⁊ diuitiis: ac nobilitate agamenno/ nis fertur sanguinem trahere: qui decē/ nali troiam obsidione deleuit: nos nihil aliud laudamus nisi qđ proprium est: ⁊ de purissimo sancte mentis fonte profertur. quāq; dñs ac saluator in euangelio doce/ at apl̄os scisscitātes. quid sibi redditurus sit: qui omnia sua pro nomine eius dimi/ serant: cētuplum in presentiaruz receptu/ ros: ⁊ in futuro vitam eternam. Ex quo intelligimus non laudis esse possidere di/ uitias: sed ꝓ xp̄o eas contemnere: nō tu/ mere ad honores: sed pro fide dei eos par uipendere. Uere quod pollicitus est suis suis ⁊ ancillis: saluator reddidit in presen/ ti. Nam que vnius contempsit gloriā vr/ bis: totius orbis opinione celebrat̄. Quā rome habitantem nullus extra romaz no uerat latentem in bethleem ⁊ barbara ⁊ roma terra miratur. Cuius enim gentis bo mines: ad sancta loca non veniant. Quis autez in sanctis locis preter ꝑaulaz: qđ plus inter homines miraretur: inuenit. Et sicut inter multas gemmas preciosissima gemma micat: ⁊ iubar solis paruos stella rum igniculos obruit ⁊ obscurat: ita cun/ ctorū virtutes et potētiaz: sua humilitate superauit: minimaq; fuit inter oēs: vt oi/ um maior esset ⁊ quāto plus se deiiciebat tāto magis a xp̄o subleuabatur. Latebat ⁊ non latebat: fugiēdo gloriaz: gloriā me/ rebatur: que virtutes quasi vmbra sequi/ tur: ⁊ appetitores sui deserēs: appetit cō/ temptores. Sed quid ago narrandi ordi/ nem pretermittens? Dū i singulis teneor: nō seruo precepta dicendi. Tali igitur stir pe genita ē: iūctaq; viro torquatio: qui enee t iulioꝝ altissimuz sanguinē trahit. Unde etiā xp̄i virgo: filia ei⁹ eustochiū: iulia nū/ cupantur: ⁊ ipse iulius a magno demissuz nomen iulo. Et hec dicimus nō quo babē tibus grādia sint: ſz quo cōtemnētibus mi rabilia. Seculi homines suspiciūt eos qui bis pollent priuilegiis nos laudam⁹ quos habentes paruipēdimus: si habere nolue rint: p̄dicamus. His inq; orta maioribus ⁊ fecūditate ac pudicitia probata. primuz viro: deinde ꝓpinquis ⁊ totius vrbis te/ stimonio: cū quinq; liberos edidisset: ble/ sillam sup cuius morte eam rome cōsola/ tus suz: paulinā que sanctū ⁊ admirabilē virū: ⁊ propositi ⁊ rex suarū p̄macbium: reliqt heredē: ad quē sup obitu ei⁹ paruū libellū edidim⁹: eustochiū q̄ nūc sāctis lo/ cis ꝟginitatis ⁊ eccl̄ie monile p̄cioſū ē: ru. finā q̄ i maturo funere piū mr̄is aīum cō/ sternauit: ⁊ torquatū post quē parere desi/ nit vt itelligeres cā nō diu fuire voluisse officio ꝟiugali: sed mariti desiderio q ma/ res optabat liberos obedisse. ꝓ post q̄ vir mortuus ē: ita eū plāxit: vt ꝓpe ipsa more ret̄: ⁊ ita se cōuertit ad domini fuituté: vt morté ei⁹ videret̄ optasse. Quid g̃ referā ample ⁊ nobilis domus quondā opulētis sime oēs pene diuitias i pauperes eroga tas. Quid in cūctos clemētissimū animū ⁊ bonitatē: etiā in eos quos nūq; viderat euagātē. Quis inopū moriés: nō illi⁹ ve/ stib⁹ obuolutus ē? Quis clinicoꝝ: nō eius facultatibus sustētatus ē? Quos studio/ sissime tota vrbe perquirens damnū pu/ tabat: si quisq; debilis et esuriens: cibo

sustentaret alterius. Spoliabat filios: et iter obiurgantes propinquos: maiorem se eis hereditatē xpi misericordiam dimittere loquebat. Nec diu potuit excelsi apud seculū generis: et nobilissime familie: visitationis frequētiam sustinere. Merebat honore suo et ora laudantiū declinare et fugere festinabat. Cūq; orientis et occidētis episcopos ob quasdā ecclesiarum dissensiones romam iperiales littere contraxissent: vidit admirabiles viros xpīq; pontifices paulinum antbiocene vrbis epm: et epipbanium salamine cypri: que nunc constantia dicitur: quorum epipbanium etiaz hospitem babuit: paulinum in alia manē tem domo: quasi proprium humanitate possedit: quorum accensa virtutibus: per mométa patriaz deserere cogitabat. Nō domos: non liberorum non familie: nī possessionum: non alicuius rei que ad seculuz pertinet memor: sola: si dici potest: et incomitata: ad heremum antoniozq; et paulorū pergere gestiebat: tandēq; exacta hyeme aperto mari: redeuntibus ad ecclesias suas episcopis: ipa voto cum eis et desiderio nauigabat. Quid ultra differro? Descēdit ad portū fratre: cognatis: affinibus: et qō bis magis ē liberis prosequentibus: et clementissimam matrem vincere pietate cupientibus. Jam carbasa tendebātur et remorum ductu: nauis in altum protrahebatur. Paruus toxotius: supplices manꝰ tendebat in littore: rufina iam nubilis vt suas expectaret nuptias tacens fletibus obsecrabat: et tamē illa siccos tēdebat oculos ad celum: pietatem in filios: pietate in deum superans. Nesciebat se matrem: vt xpi probaret ancillam. Torquebantur viscera et quasi a suis membris distrahere tur cum dolore pugnabat: in eo cūctis admirabilior: qō magnam vinceret caritatem. Inter hostium manus et captiuitatis duram necessitatem: nibil crudelius est q3 parentes a filijs separari. Hoc contra iura nature plēa fides patiebatur: imo gaudens appetebat amorem filiorum: maiorē in deum: amore contennens: in sola custochio: que et prepositi et navigationis eius comes erat: quiescebat. Sulcabat interi nauis mare et cūctis q cū ea vehebātur litora respicientibus: illa auersos tenebat oculos: ne videret quos fine tormento videre nō poterat: Fateor nulla sic amauit filios: quibꝰ anteq3 proficisceret cūcta largita est: exheredans se ī terra: vt hereditatem inueniret in celo: Delata ad īsulas pōcias: quas clarissime quondaz feminaruz sub domiciano prīcipe p cōfessione nominis xpiani. flauie: domicille nobilitauit in exilium: videnscq; cellulas ī quibus illa lōgum duxerat martiriū sumptis alis hierosolymā et scā loca videre cupiebat. Tardi erant venti: et ois pigra velocitas. Inter scillā et caribdin. adriatico se credens pelago: quasi per stagnū venit methonem: ibiq; refocillato paululum corpusculo: et salo thabentes artus in litore ponens: p maleam et citherā: sparsasq; p equor cycladas: et crebris freta cōcita trīs: post rodū et liciam tandē vidit cyprū: vbi sci et venerabil epypbanij pedibꝰ obuoluta: decem ab eo diebꝰ retēta ē: nō ī refectionē: vt ille arbitrabatur: sed in opus dei et rebus p̄batuz ē. Nō oīa illiꝰ regiōis lustrans monasteria: put brē poterat refrigeria sumptuuz fratribus dereliquit: quos amor sci viri de toto illuc orbe cōduxerat. Inde breui cursu trāsfretauit seleuciā: ō q̄ ascēdēs antbiochiā sāctiq; confessoris paulini: modicū caritate detēta: media hyeme calēte ardore fidei: femina nobil q̄ p̄us eunuchoz manibꝰ portabatur: asello sedēs p̄fecta ē. Omitto sirie: celes et fenicis iter. neqz. n. odeporicū eius dispositi scribere: ea tantum loca nomino: que sacris voluminibꝰ continentur. Beritho. romana: colonia et antiqua vrbe sydone derelicta: ī sarepte littore belie ingressa ē turriculā. ī qua adorato dño saluatore p barenas thiri in gbꝰ Paulus genua fixerat puenit ad choū: q nūc ptolomais dr: et p cāpos magedo iosie nescis: oscios intrauit ī trā philistijm: mirata ruinas dor vrbis quondā potentissime et versa die stratōis turriz ab herode rege

iudee.in amore cesaris augusti cesaream nuncupatam in qua cornelii domũ christi vidit ecclesiam:z philippi ediculas:z cubiculum quattuor virginum prophetissarum: deinde antipatrida semirutum oppidulũ: quod ex patris nomine herodes vocauerat:z lyddam versam in hyospolim:dorcadis atqz enee resurrectione et sanitate idytam:haud procul ab ea arimathiam viculum ioseph:qui dominum sepeliuit:z noe vrbem quondam sacerdotum nunc tumulus occisorum:ioppen quoqz fugiẽtis portum ione:z vt aliquid perstringam de fabulis ꝓphãrum:relegate ad saxum andromede spectatricem: repetitoqz itinere nycopolym que prius emmaus vocabat apud quam in fractione pãis dominus cognitus:cleophe domum in ecclesiam dedicauit:atqz inde proficiscens ascendit bethoron inferiorẽ z superiorem:vrbes a salomone rege cõditas:z varia postera bellorum tempestate deletas:ad dexterã respiciens aylon z gabaon:vbi iesus filius naue contra quinqz reges dimicans soli iperauit z lune:z gabaonitas ob dolum z insidias federis impetrati:in aquarios lignariosqz damnauit. In gabaa vrbe vsqz ad solum dirrupta paululũ substitit:recordata peccati eius z cõcubine in frusta diuise:z tribus beniamin in sexcentis viris propter ꝓphetã reseruate. Quid diu moror? Ad leuã mansiolo belene derelicto: que a hyabenorum regina in fame populũ frumẽto iuuerat:ingressa est hierosolimã vrbem trionomã.iebus:salem.hierũm que ab helio postea adriano:de ruinis z cineribus ciuitatis: in helia suscitata est. Cunqz proconsul palestine qui familiolam eius optime nouerat: premissis apparitoribus iussisset parari pretoriũ: elegit humilem cellulã:z cuncta loca tanto ardore ac studio circuiuit: vt nisi ad reliqua festinaret.a primis nõ posset abduci:prostrataqz ante crucẽ quasi pendentẽ dominũ cerneret adorabat: Ingressa sepulchrũ resurrectionis osculabatur lapidẽ: quẽ ab hostio sepulchri remouerat angelus:z ipsum corporis locũ in quo dominus iacuerat quasi sitiens desideratas aquas:fidei ore lãbebat. Quid ibi lachrymarum:quantus gemitus.quid doloris effuderit? testis est cuncta hierosolima:testis ẽ ipse domin⁹ quez rogabat. Unde egrediens ascẽdit syon q̃ in arcẽ vel speculam vertitur. Hanc vrbẽ expugnauit quondam z edificauit Dauid: vnde de expugnata dicitur. Ueh tibi ciuitas ariel:id ẽ leo dei:z quondã fortissima: quã expugnauit Dauid. De ea que edificata est. fundamenta ei⁹ in montibus sanctis: diligit dominus portas syon super oĩa tabernacula Jacob:nõ eas portas quas hodie cernimus in fauillas z cineres dissolutas:sed portas quibus ifernus non preualet:z per quas credentiũ ad xp̃m ingreditur multitudo. Ostendebatur illi colũna ecclesie porticus sustinens infecta cruore domini:ad quã vinctus dicitur z flagellatus. Monstrabatur locus vbi super centum viginti credentiũ animas spirit⁹ sanctus descenderat: vt Jobelis vaticinium cõpleretur. Deinde pro facultatula sua pauperibus atqz cõseruis pecunia distributa:perrexit bethelee:z ĩ dextera parte itineris stetit ad sepulchrũ rachel:ĩ quo beniamin nõ vt mater vocauerat morẽs benoni:hoc est filiũ doloris mei:sed vt pater ꝓphauit in spiritu:filius dextre ꝑcreauit. Atqz inde specũ saluatoris itroiens: postq̃ vidit sacrũ virginis diuersorium z stabulũ in quo cognouit bos possessorem suũ:z asinus presepe domini sui: vt impleretur illud quod in eodẽ ꝓpheta scriptũ ẽ. beatus qui seminat super aquas: vbi bos z asinus calcãt:me audiente iurabat cernere se fidei oculis ĩfantez pannis inuolutum: vagientẽ ĩ presepio:deũ magos adorantes:stellã fulgentẽ desuper matrẽ virginẽ:nutritium sedulũ:pastores nocte venientes: vt viderent verbum quod factum erat:z iã tunc euangeliste Joannis principium dedicarent. In principio erat verbum. z verbum erat apud deũ:z deus erat verbum:z verbum caro factum ẽ:parulos interfectos herodẽ sequentẽ:mariã z ioseph

fugientes in egyptum:mixtisq; gaudio la
chrimis loquebatur. Salue bethleez do/
mus panis:in qua natus est ille panis qui
de celo dscēdit. Salue effrata regio liber
rima atq; carpofora:cui⁹ fertilitas de⁹ ē.
Ex te mihi egredieť q sit princeps in isrł:
z egressus eius ab initio a diebus eternita/
tis. De te quondaz micheas ꝓpha vatici
natus ē. Et tu bethleem dom⁹ effrata: nō
minima es ī milibus iuda. Propterea da
bis eos vsq; ad tempus parietis:pariet: z
reliquie fratrū et⁹ conuertentur ad filios
isrł. In te eni natus est princeps:qui ante
luciferuz genitus ē:cuius de patre natiui
tas omnem excedit etatez:z tamdiu in te
dauitici germinis origo pmānsit:donec vir
go pareret. z reliquie populi credētes in
xp̄m ꝛuerterenť ad filios isrł: z libere p
dicarēt. Uobis oportebat loqui p̄mū ver
bum dī:sed qm̄ repulistis illud z īdignos
vos iudicastis eterne vite:ecce conuerti/
mur ad gētes. Dixerat .n. dns. Non veni:
nisi ad oues pditas dom⁹ israel. Et eo tē/
pore Jacob super eo verba cōpleta sunt:
non deficiet princeps ex iuda:neq; dux ď
femore eius:donec veniat cui reposituz
ē: z ipse erit expectatio gētiū. Bene eniz
Dauid iurabat:bene vota faciebat dicēs.
Si introiero in tabernaculuz dom⁹ mee:
si ascendero ī lectū stratu mei:Si dedero
somnū oculis meis:z palpebris meis dor
mitationē. z requiez tēporibus meis do/
nec inueniam locuz dño tabernaculū deo
Jacob. Et statiz quid desideraret exposu
it:atq; oculis ꝓphetalibus quem nos iā
venisse credimus ille venturū esse cerne
bat. Ecce audiuimus eū in effrata inueni
mus euz in campis silue. Zob quippe ser/
mo hebraicus vt te docente didici:nō ma
riam matrez domini hoc ē astin:sed ipsum
id ē aston significat: vnde loquitur cōfidē
ter. Introiuimus in tabernaculum eius
adorauimus in loco vbi steterunt pedes
eius. Et ego misera atq; peccatrix: digna
sum iudicata deosculari p̄sepe:ī quo dns
paruulus vagijt:orare etiam in spelunca
ī qua virgo puerpera:deuz fudit infantez
Hec requies mea:q; dñi patria ē: hic ha/
bitabo:quoniam saluator elegit eam:pa/
raui lucernam christo meo: anima mea
illi viuet: z semen meum seruiet ipsi.

Haud procul inde descendit ad turrim
ader. id ē gregis. iuxta quam Jacob pa
uit greges suos: z pastores nocte vigilā/
tes audire meruerūt. gloria in excelsis dō
z super terrā pax hominibus bone volū/
tatis: dūq; seruāt oues: inuenerūt agnuz
dei puro z mundissimo vellere: quod in
ariditate totius terre celesti rore cōplutū
est: z cuius sanguis tulit peccata mundi.
z exterminatorē egypti littus fugauit in
postibus. Statimq; concito gradu: cepit
p viā veterem pergere que ducit gaçam
ad potentias vel diuitias dei: z tacita se/
cum voluere: quō eunuchus ethiops: gē/
tium pplm̄ p̄figurās mutauerit pellem su
am. z dum vetus relegit instrumētū: fon/
tem reperit euāgelij: atq; inde ad dexte/
ram transiit ad bethsur: z venit eschol: q̄ ī
botrum vertitur. Unde in testimoniū ter
re fertilissime: z in typuz eius qui dicit tor
cular calcaui solus: z de gentibus non est
vir mecum: exploratores botrum mire
magnitudinis portauerunt. Nec post lō/
gum spatium: intrauit sarre cellulam: vi/
dens in cunabulis isaac: z vestigia quer/
cus abraham: sub qua vidit diem xp̄i z le
tatus est: Atq; inde consurgens ascendit
hebron: hec ē caritabarbe: id ē oppidū vi
rorum quattuor: videlicet Abraham. isaac
iacob z adam magni: quem ibi conditum
iuxta librum iesu naue: hebrei autumant
licet plericq; caleph quartum putent: cui⁹
ex latere memoria demonstratur. Noluit
pergere cariathsepher: id est viculum litte
rarum: quia contemnens occidentē litte/
ram. repererat spiritum viuificantem: ma
gisq; mirabatur superiores z inferiores
aquas: quas othoniel fili⁹ iephone cenez
pro australi et arida possessione ꝓsuscepe/
rat: z quaruz ductu siccos priorīs instrumē
ti agros fecerat irriguos: vt redemptionē
veterum peccatorum: ī aquis baptismi re
periret. Altero die orto iam sole: stetit ī su

pertilio capharberuch id eſt vile benedictionis:quem ad locum Abraham domi/num proſecutus eſt. Unde latam deſpiciens ſolitudinem.ꝛ terram quondam ſodome ꝛ gomorre adame ꝛ ſeboim:cõtemplata ẽ balſami vineas in engaddi:ꝛ ſegor vitulam cõſternãtez : q̃ prius bale vocabaꝫ: ꝛ i zoaraz:hoc ẽ puellã ſyro ſermone trãſlata eſt. Recordabaꝫ ſpelũce loth: ꝛ verſa i lachrymas: virgines ſocias admonebat. cauẽduz eẽ vinũ i q̃ ẽ luxuria:ꝛ cui⁹ opus moabite ſunt ꝛ ãmonite.Diu hereo i meridie: vbi ſpõſa cubãtẽ repit ſpõſuz:ꝛ ioſeph inebriat⁹ẽ cũ fratrib⁹ ſuis. Reuertar hieroſolimaz ꝛ p tecuã atq; amos rutilantez mõtis oliueti lucẽ aſpiciã:de quo ſaluator aſcẽdit ad p̃rem:i q̃ p ãnos ſingulos vacca rufa i holocauſtũ dñi cremabaꝫ: ꝛ cui⁹ cinis expiabat pp̃lm iſrael:in q̃ iuxta ezechielez cherubin de tẽplo trãſmigrantes: eccl̃iam dñi fundauerũt. Ingreſſaq; ſepulchrũ lazari:marie ꝛ marthe vidit hoſpitium ꝛ bethfage villã ſacerdotaliũ maxillarũ:ꝛ locũ i quo pullus laſciuiẽs gẽtium dñi i frena ſuſcepit : apoſtolorũq; ſtratus veſtib⁹:mollia terga p̃buit ad ſedendum. Rectoq; itinere deſcẽdebat iericho:cogitãs illũ de cuãgelio vulneratũ:ꝛ ſacerdotibus ꝛ leuitis mentis feritate p̃tereũtibus:elemẽtiã ſamaritani:ideſt cuſtodis q̃ ſeminecẽ ſuo impoſito iumẽto ad ſtabulũ eccl̃ie reportauit:ꝛ locũ adommijn qđ interp̃tatur ſanguinũ:q̃ multus i eo ſãguis crebris latronũ fundebaꝫ icurſib⁹:ꝛ arbores ſiccomor zachei:ideſt bone penitẽtie opa:quib⁹ cruẽta dudum ꝛ noxia rapinis peccata calcabat:excelſumq; dñm de excelſo ⁊ tutuz ĩtuebaꝫ:ꝛ iux̃ viã cecor loca q̃ receptis luminib⁹ vtriuſq; p̃li credentis in dñm ſacramẽta p̃miſerãt. Ingreſſa hierico vidit vrbẽ quã fũdauit ayel i abyram primogenito ſuo: ꝛ cuius portas poſuit i ſegub nouiſſimo filior. Intuita ẽ caſtra galgale:ꝛ aceruuz p̃putior ꝛ ſecũde circũciſionis miſteriũ:ꝛ duodeciz lapides q̃ de iordanis alueo illuc trãſlati duodeci apoſtolor fundamẽta firmauerãt: ꝛ fontez quondã legis ãmariſſumi ꝛ ſterilẽ:quẽ ver⁹ heliſeus ſua cõdiuit ſapiẽtia: ꝛ i vulcorem vbertatẽq; conuertit. Uix nor trãſierat:feruẽtiſſimo eſtu venit ad iordanem:ꝛ ſtetit i ripa fluminis:ꝛ orto ſole:ſolis iuſticie recordata ẽ : quõ i medio iordanis alueo ſicca ſacerdotes poſuerit veſtigia:ꝛ ad Helie atq; heliſei ipiũ ſtantib⁹ ex vtraq; ag̃s:iter vnda p̃buerit:pollutaſq; diluuio aq̃s: ꝛ tot⁹ humãi gn̄is iterfectione maculatas:ſuo dñs mũdauerit baptiſmate: Lõgũ ẽ:ſi veliz de valle achor dicere:id ẽ tumuli atq; turbaz: i q̃ furtũ ꝛ auaricia ordĩata eſt: ꝛ de bethel domo dei:in qua ſup nudã humũ:nud⁹ ꝛ pauper dormiuit Jacob:ꝛ poſito ſubt⁹ caput lapide:i Zacharia ſeptẽ oculos habere deſcribit.ꝛ in Eſaia lapis dicit angularis: vidit ſcalã ad celũ vſq tẽdẽtez:i qua dñs deſuper initebaꝫ:ꝛ aſcẽdẽtib⁹ porrigẽs manũ ꝛ negligẽtes de ſublimi p̃cipitãs. Sepulchra q̃q; i mõte effraim ieſu filij naue : et eleazari filij aarõ ſacerdotis:a regiõe venerata ẽ:q̃z vn⁹ odit⁹ ẽ in tamnata ſeptẽtrionali pte mõtis gaaz:alter i galaath filii ſui finees:ſatiſq; mirata ẽ : q̃ diſtributor poſſeſſionũ ſibi mõtana ꝛ aſpa delegiſſet. Quid narrẽ de ſylo: in q̃ altare diruptũ hodieq; mõſtraꝫ:ꝛ raptũ ſabinaz a tumulo trib⁹ beniaminiaca p̃curit. Trãſiuit ſichez:ñ vt pleriq; errãter legunt ſychar:q̃ nũc neapolis appellaꝫ: ꝛ ex latere mõtis garizim extructã:circa puteũ Jacob itrauit eccl̃iaz:ſup quã dñs reſidens ſitiẽſq; ꝛ eſuriẽs:ſamaritane fide ſatiat⁹ẽ q̃ q̃q; moſaycor voluminũ viris:ꝛ ſexto quẽ ſe hr̃e iactabat errore doſithei hereticto: verũ meſſiã ꝛ vez repit ſaluatorẽ. Atq; ide diuertẽs: vidit duodeciz patriarchaz ſepulchra.ꝛ ſebaſten.i.ſamariã: q̃ in honorẽ auguſti ab herode rege greco ſermõe auguſta ẽ noĩata: Ibi ſiti ſũt Heliſe⁹ ꝛ abdias ꝓpheta:ꝛ q̃ maior nat⁹ iter mulierũ nõ fuit baptiſta Joãnes : vbi multis itremuit mirabilib⁹. Hãq; cernebat demões variis rugire cruciatib⁹:ꝛ añ ſepulchra ſcor vlulare boies luporuz vocibus

latrare canum:fremere leonum: sibilare serpentiuz:mugire thauroruz:alios rotare caput:z post terguz terraz vertice tangere:suspēsisqz pede feminis vestes nō dare in faciez. Miserebatur omnium: z per singulos effusis lachrymis:xpi clemētiaz precabatur:z sicut erat inualida:ascēdit pedibus montez:in cuius duabus speluncis: persecutionis z famis tpe abdias ppha centuz prophetas aluit pane z aq. Hinc cito itinere percucurrit nazaraz nutriculaz domini:chanaan z capharnaum fignoruz ei⁹ familiares: lacuz thiberiadis nauigante domino sanctificatuz: z solitudinē in qua multoruz populorū milia paucis saturati sūt panibus z de reliquijs nascētiū repleti sūt cophini duodecī tribuū israel:ascendebatqz montez thabor:ī quo transfiguratus est dominus:aspiciebat p cul montes hermon z hermonijm: z campos latissimos galilee: in quibus sisara z omnis eius exercitus barach vincente p stratus est. Torrens cyson qui mediaz planiciez diuidebat z oppidū iuxta naym:in quo vidue suscitatus est filius:monstrabatur. Dies me prius cqz sermo deficiet si voluero cuncta percurrere: que Paula venerabilis fide incredibili peruagata est. Transibo in egyptuz z in sochot atqz apō fontez sampson:quez de molari maxille dente pduxit:subsistaz parūper z arētia ora colluam vt refocillatus videam mo/rastiz sepulchrū quondā michee prophete nunc ecclesiaz: z ex latere derelinquam choraeos:getheos: maresa idumeam z lachis:z per harenas molissimas pergentiū vestigia subtrahētes latāqz heremi vastitatez: veniaz ad egyptuz fluuiuz syor q interpretatur turbidus: z qnqz egypti trā seaz ciuitates:que loquuntur lingua canadithidi z terraz gessen z cancos in quibus fecit deus mirabilia:z vrbez no: que postea versa est in alexandriaz: z oppidū domini nytriam in quo purissimo virtutuz nitro: sordes lauantur quottidie plurimoruz. Quod cū vidisset occurrente sibi sancto z venerabili episcopo Isidoro confessore:z turbis innumerabilibus monachoruz:e quibus multos sacerdotalis z leviticus sublimabat gradus:letabatur ad gloriā domini:sed se idignaz tanto honore fatebatur. Quid ergo narrē:macharios:arsenios:serapiōes:z reliqua columnarū xpi nomina? Cuius non intrauit cellulaz: quoruz non pedibus adtolutus est? Per singulos sanctos xpm se videre credebat:z quicquid ī illos contulerat:contulisse se in dnm letabatur. Mirus ardor z vix in femina credibilis fortitudo oblita sexus z fragilitatis corporee:iter tot milia monachoruz cuz puellis suis habitare cupiebat:z forsitan cunctis eā suscipientib⁹ impetrasset:nisi maius sanctoruz locoruz traxisset desideriuz:atqz propter feruentissimos estus de pelusio mayumaz navigatione preueniens:tanta velocitate reuersa ē: vt auez putares. Nec multo post in sanctaz bethleem mansura veniens perpetuo:angusto per trienniuz mansit hospitio:donec extrueret cellulas ac monasteria:z diuersoriuz peregrinoruz iuxta viā conderet:in qua Maria z ioseph hospitium non inuenerant. Hucusqz iter eius descriptuz est: quod multis virginib⁹ z filia comite peragrauit. Nunc virtus eius latius describatur:que ipsius propria est in qua exponenda deo iudice ac teste: pfite or me nihil addere:nihil in maius extollere more laudantiuz:sed ne reruz excedant fidez:multa retrahere:z ne apō detractores:z gemino semper dente rodētes fingere putet: z cornicez esopi alienis coloribus adornare: que prima xpianoruz virtus est:tanta se humilitate deiecit: vt qui eaz videret z p celebritate nominis videre gestiret:ipam esse non crederet:sed ancillarum vltimam. Et cum frequentibus choris virginū cingeretur:z veste z voce z habitu z incessu:minima omniū erat:nūqz post viri mortez vsqz ad diez dormitionis sue cum vllo comedit viro:qz uis eum sanctum z in pontificali sciret culmine positū Balena nisi periclitans non adijt: mollia etiam in grauissima febre lectuli strata

nō habuit: ſz ſup duriſſimaz humum ſtra/
tis ciliciolis quieſcebat: ſi tamē illa quies
dicenda eſt. Que iugibus pene oratoni/
bus dies nocteſqz iūgebat: illud implens
ō pſalterio. Lauabo per ſingulas nocteſ
lectuz meuz: lachrymis meis ſtratuz meū
rigabo. In qua vt fontes crederes lachry
maruz: ita leuia peccata plangebat: vt il/
laz gauiſſimoruz criminuz crederes reaz.
Cūqz a nobis crebrius moneretur vt par
ceret oculis vt eos ſeruaret euāgelice le/
ctioni: aiebat. Turpanda eſt facies: quaz
contra dei preceptuz purpuriſſo z ceruſa
z ſtibio depinxi: affligenduz eſt corp⁹ qō
multis vacauit delitijs. longus riſus per/
peti cōpenſandus eſt fletu: molia linthea
mina z ſerica precioſiſſima aſperitate ci
licij cōmutāda. Que viro z ſeculo placui:
nūc xpō placere ōſidero. Si inē tales tan
taſqz virtutes caſtitatez in illa volnero p/
dicare: ſuperfluus videar: in q̄ etiaz cū ſe/
cularis eſſet. oium rome matronaruz exē
pluz fuit que ita ſe geſſit: vt nūqz⁹ de illa
etiaz maledicoruz quicqz auderet fame
confingere. Nihil animo eius clementius
nihil erga humiles blandius fuit. Nō ap
petebat potentes nec tamē ſupbos z glo
riolaz querentes: faſtidio deſpiciebat. Si
pauperez viderat: ſuſtentabat: ſi diuitez:
ad bñfaciendum coborabat. Liberalitas
ſola excedebat moduz: z vſuras tribuens
euerſuram quoqz ſepe faciebat: vt nulli
ſtipez rogantiuz denegaret. Fateor erro
rez meuz. cur in largiendo eſſet profuſior
arguebaz: illud proferens de apoſtolo: nō
vt aliis refrigeriū ſit: vobis autem tribu
latio: ſed ex equalitate in hoc tempore: vt
abundantia veſtra ſit ad illorum inopiaz.
Et hoc de euangelio ſaluatoris: qui habet
duas tunicas det alteraz non habenti: et
prouidenduz eſſe: ne qō libenter faceret:
ſemper facere non poſſet: multaqz huiuſ/
modi que illa mira verecūdia: z ſermone
parciſſimo diſſoluebat: teſtez inuocās do
minuz ſe p illius noīe cuncta facere: z hoc
bre voti vt mēdicās ipa moreret: vt vnuz
nūmuz filie non dimitteret: z i funere ſuo
alieno ſyndone inuolueret. Ad extremum
iferebat. Ego ſi petiero mītos iueniam q
mihi tribuāt: mēdicās ſi a me nō accepit:
q ei poſſuz etiā de alieno tribuere z mor
tuus fuerit: a quo aīa ei⁹ regretur? Ego
cautior i re familiari eſſe cupiebaz: ſz illa
ardentior fide: toto ſaluatori aīo iūgebat.
et paupem dñm paup ſpū ſequebat: red/
dens ei qō accepat: p ipopauper effecta.
Deniqz oſecuta eſt qō optabat: et i grādi
ere alieno filiā dereliqt: qō bucuſqz ōbēs
nō ſuis viribus: ſed xpi ſe fidit miſericor/
dia reddituraz. Volent plereqz matrona/
ruz bucinatoribus ſuis dona conferre: et
in paucos largitate pfuſa manum a cete
ris retrabere: q̄ illa oio carebat vitio. Ita
eni ſingulis ſuā pecuniā diuidebat: vt ſin
gulis neceſſariū erat: nō ad luxuriam: ſed
ad neceſſitatez. Nemo pauperuz vacuꝰ re/
uerſus eſt. Qō obtinebat: nō diuitiaz ma
gnitudine: ſed prudentia diſpenſandi illud
ſemp replicās: beati miſericordes qm ipſi
miſericordiaz oſequēt: z ſicut aqua extin/
guit ignez: ita z elemoſina extinguit pec/
cata: z facite vobis amicos de iniquo mā/
mona: q vos recipiāt i eterna tabernacla:
z date elemoſynam: z ecce oīa munda ſūt
vobis: z verba danielis regē nabuchodo
noſor pmonentis: vt elemoſynis redime/
ret petā ſua. Nolebat i his lapidib⁹ pecu/
niaz effūdere: qui cū terra z ſeculo tranſi
turi ſunt: ſed i viuis lapidibus q voluunt
ſup terraz: de qb⁹ i apocalipſi Johānis ci/
uitas regis magni extruitur: quos i ſaphi
rū z ſmaragdū z ceteras gemmas eē ver
tēdos ſcriptura cōmemorat. Uex: hec cō
munia poſſūt eē cū paucis: z ſcit diabolus
nō i ſūmo culmie virtutū poſita: vnde loqt
ad dñm poſt amiſſa Job ſubſtantiaz: poſt
euerſam domū: poſt liberos iterfectos: co
rium p corio: z oia q̄ habuerit hō dabit p
aīa ſua: ſed extende manū tuā z tāge oſſa
z carnes ei⁹: niſi i facie benedixerit tibi.
Scim⁹ pleroſqz dediſſe elemoſynam: ſed
de proprio corpore nihil ōdiſſe: porexiſſe
egentibus manuz: ſed carnis voluptate ſu
peratos: dealbaſſe ea q̄ foris erāt: z intus

plenos fuisse de ossibus mortuoꝝ. At nō Paula talis: que tante cōtinentie fuit: vt ꝓpe mēsuraꝫ excederet: ꝛ debilitatez coꝛ poris nimijs ieiunijs ac laboꝛe ꝛtraberet que exceptis festis dieb⁹: vix oleum in ci bo caperet: vt ex hoc vno estimaret: quid de vino ꝛ liquamine ꝛ piscibus ꝛ lacte ac melle ꝛ ouis: ꝛ reliquis que gusta suauia sunt iudicarit: in gbus sumēdis quidam se abstinentissimos putant: ꝛ si bis ventrem ingurgitauerint: totaꝫ pudicitiam suspicā tur. Semꝑ virtutes sequitur inuidia: feri untqꝫ sūmos fulgura montes. Nec mirū si hoc de homnib⁹ loquar: cuꝫ etiam dñs noster pharisеoꝝ zelo sit crucifixus: ꝛ oēs sci emulos habuerint: in paradiso q̄ꝫ ser pens fuerit: cuius īuidia moꝛs introiuit in oꝛbē terraꝝ. Suscitauerat ei dñs adad geam colaphizaret: ne se extolleret: ꝛ q̄si quodā stimulo carnis sepius admonebat: ne m gnitudine virtutum altius saperet: aliarūqꝫ vitijs feminarū: se in excelso cre deret cōstitutā: Ego aiebā: liuoꝛi esse ce dendum: ꝛ vandum insanie locum: qō fe cisset iacob in fratre suo esau: ꝛ Dauid ꝑ tinacissimo inimicoꝛum Saul: quoꝛum al ter mesopotamiam fugerit: alter se alophi lis tradiderit: malens hostibus q̄ꝫ inuidis subiacere. At illa iuste respondebat ħ di cens. Si diabolus cōtra seruos dei ꝛ an cillas: non vbiqꝫ pugnaret: ꝛ ad oīa loca fugientes precederet: si nō scōꝝ locoꝝ amoꝛe retinerer ꝛ bethleem meam in al tera reperire possē parte terraꝝ. Cur enī non patiētia liuoꝛes superem? Cur nō bu litate frāgā supbiā: ꝛ ꝓcutienti maxillā al terā nō offerā: dicēte apl̄o Paulo: vincite ī bono malū. Nōne apl̄i gl̄iabant: qñ ꝓ dño sūt passi cōtumeliā? Nōne ipe salua toꝛ humiliauit se: formā ſui accipiēs: ꝛ fa ct⁹ obediēs p̄ri vsqꝫ ad moꝛtē moꝛtē aūt crucis: vt nos sua passione saluaret? Job nisi certasset ꝛ vicisset in prelio: non acce pisset coꝛonā iusticie: nec audiuisset a dño putasne me tibi aliter locutū q̄ꝫ vt appa reres iustus? Beati dicunt in euāgelio: q ꝓsecutionez patiunt ꝓpter iusticiā. Secu ra sit conscientia ꝙ non propter peccata patiamur: ꝛ afflictio in seculo materia p/ miorum est. Si quādo procacioꝛ fuissz uni micus: ꝛ vsqꝫ ad verboꝝ iurgia prosili/ set: illud psalterij decantabar. Cum consi/ steret peccatoꝛ aduersum me obmutui et silua bonis. Et rursum. Ego eni quasi sur/ dus non audiebam: ꝛ quasi mut⁹ nō ape/ riens os suum: ꝛ factus sum quasi homo nō audiens: nec habens in oꝛe suo increpatio nes. In tēptationib⁹ vero: deuteronomii verba voluebat. Temptat vos deus ve ster vt sciat si diligitis dominum deum ve strum ex toto coꝛde vestro ꝛ ex tota anima vestra. In tribulatiōib⁹ ꝛ angustijs Esaie replicabat eloquia. Qui ablactati estis a lacte: qui abstracti ab vbere: tribulatiōez super tribulationē expectate: spem super spem: adhuc pusillum propter malitiam la bioꝝ: propter linguam malignā. Et scri pture testimonium in consolationem suaꝫ differebat ablactoꝝ esse: ꝛ coꝝ qui ad virilē etatē pueniss̄et: tribulationē sup tribulationē sustinere: vt spē sup spē mere rētur accipere: sciētes quoniā tribulatio patientiam operatur: patientia probatio/ nē: probatio spem spes autem non confun dit: ꝛ ꝙ si is qui foris est noster homo coꝛ rumpitur: ille qui intus est innouetur: ꝛ ī/ presentiarum momētaneum ꝛ leue tribu lationis nostre: eterne gloꝛie pondus ope/ retur in nobis: non aspicientibus que vi/ dentur: sz que non videntur. Que enim vi dentur: temporalia sunt: que autem nō vi dentur eterna. Nec longum foꝛe tempus etiam si humane impatientie tardum esse videatur: quin dei statim sequatur auxili/ um dicentis. Tempoꝛe opportuno exau/ diui te: ꝛ in die salutis auxiliatus sum tui. Nec dolosa labia ꝛ linguas iniquoꝝ eē metuendas: nī domino adiutoꝛe letemur: ꝛ ip̄m audire debeamus monentem: ꝑ pa tientiam vestram possidebitis animas ve stras: ꝛ non sunt condigne passiones hui⁹ temporis ad futuram gloriam que reuela bitur in nobis. Et alibi. Patienter agam⁹ in omnibus que accidunt nobis. Patiens

enim vir:multus prudentia: qui enim pusillanimis est vehementer insipiens est.
Item i laboribus ⁊ crebra infirmitate dicebat:Quando infirmor:tunc fortior sum. ⁊ habemus thesaurum istum in vasis fictilibus donec mortale hoc induat immortalitatē:⁊ corruptiuū hoc vestiat incorruptionē. Et itez:sicut abūdāt passiões xpi i nobis:ita p xpm abūdat solatio. Ac deide vt sotii passionū estis.ita et solatiōis eritis. In meroze cātabat. Quare tristis es aīa mea: ⁊ q̄re turbas me. Spa in deū qm̄ adhuc confitebor illi salutare vultꝰ mei ⁊ deꝰ meꝰ. In piculis loq̄bat. Qui vult vēire post me:abneget semetipm ⁊ tollat crucem suam quottidie:⁊ sequatur me. Et iterum. Qui voluerit animam suam saluā facere:perdet eam:⁊ qui perdiderit aīam suam propter me:saluam eam faciet. Quādo dispendia rei familiaris ⁊ euersio totiꝰ patrimonij nunciabatur:aiebat. Quid.n. prodest homini si totum mundum lucrifecerit:⁊ animam suam dānum habuerit? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Nudus exiui ō vtero matris mee:nudus ⁊ redeā. Sicut placuit domino ita factum est: sic nomen domini benedictum. Et illud. Nolite diligere mundum:neq3 ea que in mundo sunt:quoniaz omne quod in mundo est:desiderium carnis est:⁊ concupiscentia oculorum ⁊ superbia vite huius que non est ex parte.sed de mundo est ⁊ mundus transibit ⁊ concupiscentia eius. Scio enim scriptas infirmitates grauissimas liberorum:⁊ maxime totius sui quem plurimuz diligebat:cumq3 illud virtute cōplesset:turbata sum ⁊ non sum locuta:in hec verba prorupit. Qui amat filium aut filiaz super me:non ē me dignus. Et orans ad dominuz loquebat. posside filios mortificatorum qui pro te quottidie mortificant corpora sua. Noui susurronem quendam quod genus hominum vel pernicioſum est:quasi beniuoluz nunciasse: q3 pro nimio feruore virtutum quibusdam videretur insana:⁊ cerebrum illius dicerēt confouendū:Cui illa respondit. Theatrum facti sumus mundo.⁊ āgelis ⁊ hominibus. Nos stulti propter xpm. sed stultum dei sapientius est hominibus. Unde ⁊ saluator logitur ad patrem:tu scis insipientiam meam:quem in euangelio ⁊ propinqui quasi mentis impotē ligare cupiebant:⁊ aduersarij sugillabant dicētes: demoniū habet ⁊ samaritanꝰ est:⁊ in beelzebub principe demoniorum eiicit demonia. Sed nos audiamus aplm cohortātez hec est gloria nostra testimoniū conscientie nostre:quoniaz in sanctitate ⁊ sinceritate ⁊ gratia dei conuersati sumus i hoc mūdo:⁊ dominum dicentez ad aplos. Ideo mundus vos odit:quia non estis de mundo:amaret vtiq3 mundus quod suum erat. Et ad ipsum dominum verba vertebat dicēs. Tu nosti cordis abscōdita:⁊ hec omnia venerūt super nos:⁊ nō sumus obliti tui:nec inique egimus in testamentum tuum: nec auersuz est retrorsuz cor nostrū. Et propter te mortificamur tota die. ⁊ reputati sumus vt oues occisionis: ⁊ dñs auxiliator meus:nō timebo qd faciat mihi homo. Legi eniz.fili honora dñm ⁊ confortaberis: ⁊ extra deū nulluz metueris. His ⁊ talibꝰ testimoniis quasi armatura xpi:⁊ aduersus quidez omnia vitia:⁊ p̄cipue instruebat se cōtra inuidiā seuientem:⁊ patiendo iniurias furorē rabidi pectoris mitigabat: Deniq3 vsq3 ad diē mortis ⁊ huius patiētia ⁊ aliorum zelus omnibus patuit: qui suum rodit auctorē:⁊ dū emulum ledere nititur:in semetipsum proprio furore bachatur. Dicam ⁊ de ordine mōasterii:quomodo sanctorum continentiam in suum conuerteret lucrum. Seminabat carnalia: vt meteret spiritualia: dabat terrena: vt celestia tolleret. predia concedebat vt pro his eterna mutaret. Post virorum monasterium qd viris tradiderat gubernanduz:plures virgines quas e diuersis prouinciis congregarat:tam nobiles q3 medii ⁊ infimi generis in tres turmas monachoꝝ diuisit ita duntaxat: vt in opere ⁊ cibo separate:in psalmis ⁊ orationibus

iungerentur. Post alleluia cantatū q̄ si gno vocabant ad collectaz:nulli residere licitū erat:sed p̄ma vel inter primas veni ens:ceteras operiebatur:pudore z exem plo ad laborem eas ꝓuocans nō terrore Mane hora tertia. sexta. nona. vespera. noctis media:per ordinē psalteriuz cane bant:nec licebat cuiq̄ sororum ignorare psalmos:necnon de scripturis sanctis ali quid quottidie discere. Die tamē domini co ad ecclesiam procedebant:ex cuius ha bitabant latere: z vnum quodq̄ agmen matrem propriam sequebat. Atq̄ ide pa riter reuertentes. Instabant operi distri buto:z vt sibi:vel ceteris indumēta facie bant. Si q̄ erat nobilis:non permittebat nec de domo sua habere comitem:nec ve terum actuum memor:z lasciuientis in fantia errorem fabricaret antiquum: et crebra confabulatione renouaret. Unus omniū habitus:lintheamine ad tergēdas solum manus vtebant. A viris tanta se paratio vt a spadonibus quoq̄ eas seiū geret:nec vllam daret occasionez lingue maledice. que sanctos carpere solita ē: in solatiū delinquendi. Siqua ꝙo vel tardi or erat: vel nō inueniebatur ad psalmos: z in opere pigrior:varijs cam modis ag grediebatur: Si erat iracūda blāditijs:si patiens in correptiōe: illud apostoli imi tans. Quid vultis i virga veniaz ad vos an in spiritu lenitatis z māsuetudinis? Ex cepto victu atq̄ vestitu nullā habere q̄ rei patiebatur:dicente paulo. Habentes victū z vestitū his contenti sum⁹: ne ꝯsu etudine plus habendi preberet locū aua ricie:que nullis expletur opib⁹. z quāto plus habuerit:plus requirit. z neq̄ copia neq̄ inopia minuitur. Jurgātes inter se sermone blandissimo federabat lasciuien tem adolescentularuz carnez. crebris ac duplicatis frangebat ieuniis:malēs eas stomachum dolere q̄ mentez. Si vidisset aliquā. cōptiorē ꝺtractione frontis: z vul tus tristicia arguebat errātē:dicēs mūdi cias corporis atq̄ vestitus anime eē īmū diciā:z turpe verbū atq̄ lasciuū nūq̄ vir gineo ore ꝓferēdū:q̄bus signis libidino sus animus oñditur:z p exteriorē hoiem: interioris hois vitia demōstrātur. Quam linguosaz z garrulā z ꝓcacē risu rixisq̄ p spexerat delectari:z sepi⁹ cōmonitā nolle cōuerti:inter vltimas z extra cuētū soro ruz ad fores triclinii orare faciebat z sepa tiz cibū capere: vt quā obiurgatio nō cor rexerat: pudor emēdaret. Furtuz quasi sacrilegiū detestabat:z qđ inter seculi ho mines vel leue putatur vel nihil:hoc i mo nasteriis grauissimū dicebat esse delictū. Quid memorē clementiaz z sedulitatem in egrotantes quos miris obsequiis z mi nisteriis cōuouebat. Cumq̄ aliis lāguēti bus large preberet omnia:z esum quoq̄ exhiberet carniū:si quādo ipsa egrotassz sibi nō indulgebat:z i eo īequalis videba tur. q̄ in aliis clemētiaz: in se duriciā cō mutabat. Nulla iuuenū puellarū sano et vegeto corpore tante se dederat cōtinen tie:quāt o ipsa fracto z senili debilitatoq̄ corpusculo. Fateor in hac re ptinacior fu it. vt sibi nō parceret: vt nulli crederet ad monenti. Referā quod expertus sū. Mē se iulio feruentissimis estibus:incidit in ar dorē febris:z post desperationem cuz dei misericordia respirasset z medici suade rent ob refectionē corporis vino opus eē tenui ac paruo:ne aquā bibens in hydro pen verteretur:z ego clam beatū papam epiphaniū rogarē vt eā moneret imo cō pelleret vinū bibere:vt erat prudens et solertis ingenii:statiz sensit insidias:z sub ridens meū esse quod ille diceret intima uit. Quid plura? Cuz beatus pōtifex post multa hortamēta exisset foras: querenti mihi quid egisset:respondit. Tantū ꝓfeci vt seni homini pene suaserit:ne vinū bibā Hec refero nō qđ icōsiderāter z vltra vi res sūpta onera ꝓbem:monēte scriptura. Super te onus ne leuaueris:sz qđ mētis ei⁹ feruorē z dñi deriū fidelis aīe:ex hac q̄z ꝓbare veli pseuerātia dicētis. Sitiuit in te aīa mea:q̄m ltipliꝛ tibi z caro mea. Dif ficile ē modū tenere i oib⁹. Et vere iuxta pb̄oꝝ sentētiā mesotes: aretes. yperbo

lai.kakili qđ nos breui sẽtẽtiola exp̃mere possumus:ne quid nimis. Que in cõtemptu ciborũ tantam habebat pertinaciã. i luctu mitis erat ꝛ suoꝝ mortibus frangebatur:maxime liberoꝝ. Nã in viri ꝛ filioruꝫ dormitione semp̃ piclitata est:ꝛ cũ os stomachũqꝫ signaret: ꝛ mris dolorez cruc̃is niteret ipressione linire:supabatur affectu:ꝛ credulaz mentez parentis viscera consternabãt:animoqꝫ vincẽs fragilitate corporis vincebat̃.Quod semel languor arripiẽs lõgo tempore possidebat:vt ꝛ nobis inquietudinẽ ꝛ sibi discrimẽ afferret. Jn quo illa letabat̃ per momẽta cõmemorans:miser ego homo:qs me liberabit de corpore mortis hui⁹?:Dicat prudẽs lector pro laudibus me vituperationẽ scribere. Testor ibꝫ:cui ꝛ illa seruiuit: ꝛ ego seruire cupio:me i vtrãqꝫ partez nihil fingere. sed q̃si xp̃ianũ de xp̃iana que sunt vera ꝓ ferre:id ẽ hystoriã scribere:non pamgericũ ꝛ illi⁹ vitia alioꝝ eẽ ꝟtutes.Vitia loq̃r ꝑm animũ meũ: ꝛ omniũ fratruꝫ ac sororꝝ ꝟsiderinꝫ q illaz diligim⁹ ꝛ absentẽ q̃rim⁹: ceteꝝ illa ꝑplcuit cursũ suũ.fidẽqꝫ ꝟuauit. ꝛ nũc fruit̃ corona iusticie.ita ꝛ vidimus i ciuitate dñi ꝟtutũ:i ciuitate dei nr̃i. O beata reꝝ ꝯmutatio. Jplcuit vt sẽp rideret: despexit lac⁹ contritos. vt fontez domini reperiret..Uestita est cilitio vt nunc albis vestibus vteretur ꝛ diceret. Scidisti saccum meum:ꝛ induisti me letícia. Linerem sicut panẽ mãducauit:ꝛ potionẽ suaz cũ fletu miscebat:dicẽs. Fuerũt mihi lachryme mee panes die ac nocte:vt in eternũ pane angelorꝝ vescereꝛ ꝛ caneret. Hustate ꝛ videte q̃m suauis ẽ dñs:ꝛ eructauit cor meũ verbum bonum dico ego opera mea regi:ꝛ Esaie:ĩmo dñi ꝑ Esaiam in se cerneret ꝟba ꝯpleri:ecce q seruiunt mibi mãducabunt vos autem esurietis:ecce serui mei bibunt: vos aũt sitietis:ecce qui seruiunt mihi letabunt̃: vos aũt cõfundemini:ecce q seruiunt mihi exultabũt i gaudio: vos aũt clamabitis ob dolorẽ cordis ꝛ ꝓpter ꝯtritionẽ spũs vlulabitis.Dixe az lacus eam semp̃ fugisse cõtritos vt fontez dñi reperiret: vt posset leta cantare:sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum:ita desiderat aĩa mea ad te de⁹:q̃n veniam ꝛ apparebo ante faciez dei? Tangaz ergo breuiter quomodo hereticoꝝ cenosos deuitauerit lacus:ꝛ bos instar habuerit ethnicorum.Quidã veterator calidus atqꝫ vt sibi videbat̃:doctus ac sciolus:me nesciẽte cepit ei ꝓponere questiones ꝛ dicere. Quid peccauit ĩfans vt a demone corripiat̃? Jn qua etate resurrecturi sum⁹ ĩ ipa q̃ morimur? Ergo nutricibus opus erit. Si i altera:nequaqꝫ erit resurrectio mortuorũ:sed transformatio i alios.Diuersitas q̃z sexus maris ac femine:erit an non erit? si erit sequentur ꝛ nuptie ꝛ concubitus et generatio. Si nõ erit:sublata diuersitate sexus:eadẽ corpora nõ resurgunt.aggrauat enim terrena habitatio sensũ multa cogitantẽ:sz tenua ꝛ spiritalia dicent e apostolo:seminat̃ corp⁹ aiale ꝛ resurget corp⁹ spirituale. Ex quibus oĩbus probare cupiebat rationales creaturas ob quedam vitia:ꝛ antiqua peccata in corpora eẽ dilapsas ꝛ ꝑ diuersitate ac meritis pctõꝝ tali vl̃ tali ꝯditiõe gnãri:vt vel corpoꝝ sanitate gauderẽt ꝛ parẽtũ diuitiis ac nobilitate vel i morbidas carnes ꝛ domos inopuꝫ venientes:penas pristinoꝝ luerẽt delictoꝝ ꝛ presenti seculo atqꝫ corpor⁹ ib⁹ q̃si carcere clauderentur. Quod cũ audisset ꝛ ad me retulisset:indicans hominẽ mibi qꝫ incubuisset necessitas: nequissime vipere ac mortifere bestie resistendi:de qb⁹ psalmista cõmemorat dicens: ne tradas bestiis aĩas confitentes tibi:ꝛ increpa domine bestias calami:qui scribentes iniq̃tatem:loquuntur contra dominuz mẽdacium:ꝛ eleuant in excelsum os suuz conueni hominez ꝛ orationibus eius quã decipere nitebatur:breui interrogatiõe conclusi:vtruz crederet futuraz resurrectionem mortuoruz an non? Qui cum credere se respondisset:intuli. Eadem resurgẽt corpora:an altera? Cũqꝫ dixisset eadẽ lci scitat⁹ sum. Jn eodem sexu:an in altero? Ad iterrogata reticẽti:ꝛ istar colubri huc

atq3 illuc transferenti caput ne ferire̅t ga inquã taces: ego mihi ꝓ te respondebo et consequentia infera3. Si nõ resurget mulier vt mulier: neq3 masculus vt mascul⁹ non erit resurrectio mortuorum: quia sexus membra habet: membra vero totum corpus efficiũt. Si autez sexus t mẽbra non fuerint: vbi erit resurrectio mortuoru3 que sine sexu non cõstat t membris? Porro si corpora non erit resurrectio: neq3 erit resurrectio mortuorum. Sed t illud quod nuptiis obiicis. Si eadẽ mẽbra fuerit sequi nuptias: a saluatore dissoluitur. Erratis: nescientes scripturas neq3 virtutẽ dei: In resurrectione enim mortuorum neq3 nubent neq3 nubentur. sed erunt sim.les angelis. Ubi dicitur nõ nubent neq3 nubentur: sexuu3 diuersitas demonstratur. Nemo eni3 de ligno t lapide dicit: non nubent neq3 nubẽtur: que naturam nubendi non habent: sed de bis que possunt nubere: ex christi gratia ac virtute non nubũt. Qz si opposueris. quomodo erimus similes angelis: cũ inter angelos non sit masculus nec femina: breuiter asculta. Non substantiaz nobis angelorum sed conuersationez t beatitudinez repromittit: quõ t Joannes baptista anteq3 decollaretur: angelus appellatus est t omnes sancti ac virgines dei etiã i isto seculo vitã i se exprimunt angelorũ. Qñ eni dicit eritis similes angelis: similitudo ꝓmittitur nõ natura mutatur. Simulq3 respondeo. Qdõ illud interp̃teris qõ thomas dñi refurgentis palpauerit manus t viderit latus lancea vulneratũ: t petrus in littore dñm stãtez cõspexit: t fauu3 melis ac partez assi piscis comedẽtem? Qui stabat habebat profecto pedes: qui monstrauit latus vulneratũ: vtiq3 t ventrem t pectus habuit: sine quibus nõ sunt latera ventri t pectori coherentia. Qui locutus est: lingua t palato ac dẽtibus loquebatur. Sicut eni3 plectrũ cordis: ita t lingua illiditur dentibus t vocalẽ reddit sonũ. Cuius palpate sunt man⁹: consequenter t brachia habuit. Cũ igit oia membra habuisse dicatur: necesse est vt totu3 corpus habuerit: quod conficitur ex mẽbris nõ vtiq3 femineũ sed virile: idest eiusdem sexus in quo mortuu3 est. Qz si obtẽderis ergo t nos post resurrectionẽ comedem⁹ t quomodo clausis ingressus ẽ ianuis cõtra naturam pinguiũ t solidoru3 corporũ audies. Noli propter cibum resurrectionis fidem in calumniam trabere. Nam et archisynagogi filie suscitate: iussit iesus cibum dari: t lazarus quadriduanus mortuus cu3 ipso scribitur iniisse conuiuiu3: ne resurrectio coru3 fantasma putaret. Sin antẽ quia clausis ingressus ẽ ianuis: t iccirco spiritale t etbereu3 corpus niteris approbare. ergo t anteq3 pateretur qz cõtra natura3 grauiu3 corpor sup mare ambulauit: t spiritale corpus habuit: t apls petrus qui t ipse super aquas pendulo incessit gradu: spiritale corpus habuisse credendus est: cũ potẽtia magis t virt⁹ ostẽdatur dei qñ fit aliquid cõtra natura3. Et vt scias i signor magnitudine nõ nature mutationez sed dei omnipotẽtiã demonstrare qui ambulat fide: cepit infidelitate mergi: nisi eũ man⁹ dñi subleuasset dicẽtis: quare dubitasti modice fidei? Miror autẽ te obdurare frontẽ loquẽte dño infer digitũ tuũ huc t tãge manus meas t porrige manũ tuã t mitte in latus meu3 t noli eẽ icredul⁹ sz fidelis. Et alibi. Uide te man⁹ meas t pedes meos: qa egoipse su3. Palpate t videte: qa spiritus carnẽ t ossa nõ hẽt: sicut me videtis habere. Et cũ hoc dixisset. oñdit eis manus t pedes Ossa audis t carnẽ t pedes t manus: et globos mihi stoycor atq3 aeria quedam deliramẽta confrigis. Porro si queris cur ifans a demone corripiat̃ g peccata nõ bũit aut in qua etate resurrecturi sumus cũ diuersa moriamur ingẽte suscipies Judicia tua abyssus multa t pfunda altitudo diuitiar sapiẽtie t sciẽtie dei: q̃ inscrutabilia testimõia eius t iuestigabiles vie eius. Quis eni3 cognouit sensu3 dñi: aut qs consiliarius ei⁹ fuit? Etatũ aũt diuersitas nõ mutat corporũ varietatem. Cum

Interrogatio cuiusdā frīs ad abbatē sisoyū quō ꝺbeat monach⁹ ī cella ꝺgere. §.xl.
Requisitus super causa abstinētie abba ꝓoemen respōdit. §.xlj.
De abbate Siluano ꝛ de Zacharia eius discipulo. §.xlij.
De abbate Joseph et nīsis eius. §.xliij.
Disputatio cuiusdam senis super saturitate ventris. §.xliiij.
Cōmonitio ne quod desiderat monachus comedat. §.xlv.
De sene qui cucurbitam sibi añ oculos suspendit: ne desideriū gule pficeret. §.xlvj.

De sene infirmo:cui in cibum discipulus oleum de lini semine misit. §.xlvii.
Similitudo de Nabuzardan principe coquorum. §.xlviii.
De iugitate abstinētie sci macharij. §.xlix
De monacho qui nihil coctū edebat quez beatus Theodorus reprehendit §.l.
De fratre peregrino qui venit ad abbatē Siluanum in monte syna. §.lj.
De Joanne monacho qui dixit fratri suo vellem esse securus sicut āgeli. §.lij.
De monacho qui impugnabatur a spiritu blasphemie. §.liij.
Narratio abbatis Moysi per quas res passio gignitur. §.liiij.
Exhortatio sancti Poemen in similitudine proposita. §.lv.
Exhortatio cuiusdam senis. §.lvj.
Ubi demon visus est & narrauit q̄ gustū ferret monachis §.lvii.
Interrogatio cuiusdam super cogitationes. §.lviij.
Interrogatio ad sanctum Poemenē & responsio eiusdem. §.lix
De duobus fratrib⁹ qui ad abbatem Delyam perrexerunt:quos & reprehendit q̄ corpulenti essent. §.lx
De femīa que abijt ab vrbe Roma ad sānctum Arsenium. §.lxj.
Similitudo ab abbate Moyse proposita de carnalibus passionibus. §.lxij.
De adolescente qui renuncians mūdo vestimenta sibi abstraxit. §.lxiij.
De fratre quem sanctus Antonius iussit vt carnes sibi dorso imponeret. §.lxiiij.
Ubi frater cōsuluit senem:si liceret sibi retinere vel duos solidos. §.lxv.
De mōacho q euāgeliuz vēdidit. §.lxvi.
Ubi quidam vir sanctū rogauit Agathō vt ex pecunia sua susciperet. §.lxvij
De Paulo monacho & austeritate eius abstinentia. §.lxviij.
Ubi abba Macharius īuenit i cella sua quendam furantem. §.lxix.
De frē q furabat cuidā seni victū. §.lxx.
De discretione abbatis Agathon. §.lxxj.
Ex quibus rebus ira gignī. §.lxxij.
Ubi quidaz frater narrauit Sisoyo q̄ ab alio iniuriā pateretur. §.lxxiij.
De ira vincēda. §.lxxiiij.
De malitia comprimenda. §.lxxv.
De fratre qui equanimiter sustinebat irrisiones. §.lxxvi.
De sene qui iniurianti se munera trāsmittebat. §.lxxvii.
De fratre qui consuluit abbatem Sisoyū si deberet se manib⁹ defēdere. §. lxxviij.
De magno heremita super quem latrōes irruerunt. §.lxxix.
De discipulo cuiusdam phī. §.lxxx.
Interrogatio fratris ad senem:per quam rē saluari possit. §.lxxxi.
Interrogatio frīz ad senē moysē. §.lxxxii.
Cōmonitio abbatis Macharij. §.lxxxiij.
De fratre quem presente sancto antonio alii collaudabant. §. lxxxiiij.
Interrogatio ad abbatē isaac cur euz de mones timerēt §.lxxxv.
De abbate Achilla. §.lxxxvi.
De heremita iuxta quem infantes pascebant pecora. §.lxxxvii.
De iniuria abbatis ioannis. §.lxxxviii.
De sene in egypto qui detrahebat abbatez Poemenē. §.lxxxix
De abbate morue. §.xc
De abbate Agathone. §.xci.
De duobus senibus pariter habitātibus: qui pro latere volebant rixari & non potuerunt. §.xcii.
De reuelatiōe sācti Macharii: q̄ necdū ad mensuram duarum mulierum peruenisset. §.xciij.
De monacho qui frequenter in monasterio irascebatur. §.xciiij.
De pregnante puella que sanctum Macharium calūniabatur. §.xcv.
Interrogatio cuiusdam fratris ad abbatem Poemenem: §.xcvi
Narratio sancti Poemenis de abbate Isidoro. §.xcvij.
De abbate Moyse. §.xcviij.
Interrogatō cuiusdā ad abba. sisoiū. §.xcix
De heremita qui desperās reuertebatur ad seclm quē vox diuina reuocauit. §.c.

De'temptatiõe sancti Antonii. §.cj
Introgatio cuiusdã ad quẽdã senẽ. §.cii.
Interrogatio ad abbatez acbillaz.§.ciij.
Interrogatio ad abbatẽ antoniuz.§.ciiij.
Interrogatio ad abbatez Moysẽ. §.cv.
Introgatio ad abbatẽ Poemenẽ. §.cvi.
De monacho egyptio qui venit ad abba/
tem Zenonem §.cvii.
Sermo cuiusdaz senis per quid anima de
trimentum patiatur. §cviii.
Ubi senex dixit alteri ego iam mortuus
sum seculo. §.cix
De reprehensione illius senis qui per.l.ã/
nos vixit in heremo. §.cx.
De heremita cui quidã secularis minístra
bat. §.cxi.
Ubi quidaz iudex adorare volebat abba
tẽ Moysen. §.cxii
Ubi abbas Sysoius mortuum nesciens
suscitauit. §.c.xiij.
Ubi abbas Besarion demoniacum libe
rauit. §.cxiiij
De paralitico quem idem sanctus Besa/
rion curauit. §.cxv.
Exhortatio abbatis motues. §.cxvi
Ubi demon occurrit in via sancto Ma/
chario. §.cxvii.
Ubi demoniacus quendam heremitam i
maxillã pcussit: ꝛ mox sanat⁹ ẽ. §.cxviii.
De eo quod omnis labor sine humilitate
vanus sit. §.cxix.
Ubi sacerdos idolorum discipulum sancti
Macharii verberauit §.cxx.
De.s.ãtonio ꝛ reuelatiõe ei⁹ §.cxxj.
Interrogatio ad beatum Poemenẽ sup
questionem apostoli. §.cxxij.
Narratio sancti Poemenis:quid sit ma/
la borrere. §.cxxiii.
Interrogatio ad eundem. §.cxxiiij.
Sententia abbatis ipericij. §.cxxv.
De abbate Joanne ꝛ pior. §.cxxvi.
De abbate ysaac:ad quem corrigendum
missus est angelus. §.cxxvij.
De frẽ cui in mõasterio contigit culpa.et
fugit ad sanctũ antonium §.cxxviij.
Snia cuiusdã sẽis ad sẽz antõiuz §.cxxix.
De Thimotheo anachoreta §.cxxx.
Ubi quidam senior vidit quatuor ordines
ante deũ. §.cxxxi.
Exhortatio cuiusdã senis. §.cxxxij.
De Marcho discipło.s.siluani.§.cxxxiij.
De heremita qui discipulum suum misit
ad vicũ. §.cxxxiiij.
De duob⁹ frãbus.quorum vnus erat reli
giosus:alter obediens. §.cxxxv.
De sene qui misit in egyptum discipulum
camelum petere. §.cxxxvi.
De monacho qui sportellã suã dissipauit.
vt alterius pficeretur. §.cxxxvij.
De Joanne qui debens cuidam solidum
inuenit in via paratuz. §.cxxxviij.
De obediẽtia abbatis poemẽis. §cxxxix.
De anachoreta quẽ cõpulerũt fratres an
te horã comedere. §.cxl.
Ubi latro coegit sanctuz Papbunciuz vi
num bibere. §.cxlj.
De monachis duobus q̃z senior rogabat
iuniorez:vt pariter habitarẽt. §.cxlij.
De eo quod non sibi quis vult alteri ne
faciat. §.cxliij.
Ubi mater sancti poemenis perrexit ad
eum.sed ille noluit videre eaz. §.cxliiij.
De Joanne thebeo.q duodecim annis cui
dam infirmo seruiuit. §.cxlv.
De obsequio beati Agathonis circa pere
grinum. §.cxlvj.
Exhortatio cuiusdaz senis ad infirmuz di
scipulum. §.cxlvij.
De sene qui contristabatur si infirmitas re
cederet ab eo. §.cxlviij.
De sene qui tertio moriẽs risit §.cxlix.
De obitu beati pamon. §.cl.
De obitu abbatis Agathonis. §.cli.
De obitu Sisogij. §.clij.
De obitu sancti Arsenij. §.cliij.
Ubi sanctus Athanasius eps rogauit be
atũ pamon alexãdriã ire. §.cliiij.
De penitẽtia cuiusdã senis. §.clv.
De epo q̃ i facie cognoscebat q̃ eẽnt iusti
ꝛ qui peccatores. §.clvj.
De paulo simplice qui similiter contẽpla/
batur peccatores. §.clvij.
Ubi sãct⁹ poemẽ ifantẽ sanauit.§. clviij.
De eo q̃ bõa sit voluntaria egestas.§.clix

Interrogatio cuiusdã ad senez. §.clx.
De perfecta humilitate. §.clxi.
Ubi sãctus macharius inuentum ĩ deser/
to mortuũ suscitauit. §.clxii.
Interrogatio cuiusdã frĩs ad senẽ. §.clxiii.
Interrogatõ ad abbatẽ sisoyũ. §.clxiiii.
Interrogatio ad abbatẽ siluanũ. §.clxv.
Cõmonitio sancti Antonii. §.clxvi.
Sentẽtia sãcti Poemenis. §.clxvii.
Interrogatio cuiusdã ad senẽ. §.clxviii.
Sententia eiusdẽ senis. §.clxix.
Itẽ sẽtentia alterius senis. §.clxx.
Interrogatio fratris ad senẽ §.clxxi.
De sene q casu dixit discipulo suo. vade et.
morere: z stati mortuus é. §.clxxii.
Qualis sit doctor: q alios docet z ipe non
facit que docet. §.clxxiii.
Ubi quidã anachoreta venit ad sanctum
poemenem. §.clxxiiii.
De contentionibus euitãdis. §.clxxv
Interrogatio cuiusdaz fratris de silẽtij ꝯ
obseruãtia. §.clxxvi.
Sententia cuiusdam senis. §.clxxvii.
De ordiatiõe abbatis motues. §. clxxviii.
Exhortatio sãcti macharii § clxxix.
Ubi precipitur beato arsenio fugere ho/
mines z saluari. §.clxxx.
Ubi quidã fratres ex occasione perrexe/
rũt ad sanctũ arseniũ. §.clxxxi.
Ubi sanctus Besarion inuenit quendam
in spelunca sedentem: z qui noluit loqui
cum eo. §.clxxxii.
De duobus iuuenib⁹ q venerũt ad sãctuz
macharĩũ volẽtes hĩtare cũ eo .clxxxiii.
Cõmonitio abbatis moysi. §.clxxxiiii.
Prophetia senioꝝ de futuro tẽpore tribu
lationis. §.clxxxv.
Qualiter debeat monachus in congrega
tione conuersari. §.clxxxvi.
Ubi abba poemen fugiẽs de scitbi venit
in locum q dicit terenitudis. § .clxxxvii.
De. vii. heremitis qui tñ sabbatoꝝ die se
inuicẽ visitabant. §. clxxxviii.
Interrogatio ad abba poemenẽ. §.clxxxix:
Sententia cuiusdã senis. §.cxc.
Interrogatio cuiusdã frĩs ad senem. §.cxci.
Sentẽtia cuiusdã senis. §.cxcii.
Ubi abba siluanus factus est in excessu
mẽtis. §.cxciii.
Cõmonitio cuiusdã senis. §.cxciiii.
Interrogatio ad beatũ Macharium de
iugitate orationis. §.cxcv.
Cõmonitio abbatis ioãnis. §.cxcvi.
Ubi abba zenon ambulans per desertuz
errauit. cxcvii.
Narratio abbatis Danielis de sancto Ar
senio. §.cxcviii.
De abbate Lucio §.cxcix.
Ubi sanctus Macharius lõge est diuini/
tus electus. §.cc.
Ubi basiliscus. orante sancto amon dissi/
patus é. §.cci.
Ubi discipulus sancti Besarion sitiens
iubente magistro aquã de mari hausit et
bibit. §.ccii.
De monacho qui matrem suaz vidit in iu
dicio z audiuit opprobriũ eius. §.cciii.
De monacho qui bẽbat sororẽ meretricez
in ciuitate. §.cciiii.
Ubi sanctus Antoni⁹ consolatur didimũ
super cecitate. §.ccv.
De monacho qui moriens centum solidos
reliquit. §.ccvi.
De adolescẽte qui nulla arte poterat libi
dinẽ superare. §.ccvii.

Prologus in partem secundaz de vita sanctoꝝ Patrum.

Vere munduz quis dubitet meritis stare sanctoꝝ: borũ scilicet quoꝝ i hoc volumine vita pfulget. qui omnem luxurie notam tota mente fugierunt: mundoqz relicto heremi vasta secreta rimantur: ibiqz per terribiles rupes formidolosis antris excubantes: nec esuriunt nec sitiunt: quia dextera dei sustentat z pascit eos. Horum meritis sublleueris. Horum supplicationibus peccatorum veniã merearis mi dñe fidelis. Nõ ergo spernas simplicitatez z ipollitos sermones: nec enim operis est diuine doctrine sophistice et eloquenter signare, ser/

mones sed suadere mentes hominum in fide ⁊ operibus veritatis. Ex patrib⁹ nā qz sāctoꝝ patriarchaꝝ ⁊ prophetaꝝ. id est Abrahām ysaac ⁊ iacob moysi ⁊ helye ⁊ ioannis. ideo ōscripta est fides ⁊ cōuersatio. non tm̄ vt illos glorificaret. quos certe de⁹ glorificauerat. ⁊ in regno suo gloriosos habebat: sed vt legētibus posteris cōferrent veritatis doctrinam ⁊ exempla salutis. Finit prologus Incipiūt adhortationes sanctoꝝ patrū profectiōesqz monachorum. ceteri quoqz subsequentes libelli: quos de greco in latinum. transtulit sanctus Hieronimus cardinalis p̄sbiter.

¶ Vidam sanctorum § i

seniorꝝ patrum interrogantibus semōachis de cā abstinētie dixit. Oportet filioli vt odio habeamus omnez requiem p̄sentis vite. siue delectatiōes corporeas ac ventris suauitatē. ⁊ honorez ab hominibus non requiram⁹: ⁊ dabit nobis dominus ihs celestes honores. ⁊ regem in vita etna: glorioſāqz leticiā cū āgelis suis.

Idem aūt senior § ii

dixit. quia naturaliter inest homini esurire: oportet sumere cibū ad necessitatem corporis sustentandā. non tamen in passione seu saturitate ventris: Nam et sōnus naturaliter inest homini: sed nō in sacietate siue resolutione corporis. quo possum⁹ humiliare passiones ac vicia carnis. Sacietas enim somni mētē sensumqz hominis stupidum pigrūqz reddit: vigilie aūt tā sensum qz etiam mētem subtiliorem ac puriorem efficiūt. Ita enim ⁊ sancti patres dixerūt. qz vigilie sancte purificāt ⁊ illumināt mentem. superflue aūt vigilie inducunt frenesin ⁊ dolorem capitis ⁊ totius corporis. Sed etiam irasci naturaliter inest homini: non in commotione passionis: sed vt irascatur contra semetipsum. ac vicia sua: vt facile emendare ⁊ a se abscidere possit. Nec nō etiam si quid prauum ⁊ contra precepta dī videamus agere alios. oportet nos contra vicia corū vehemēter gdē irasci: ipos vo diligēter corripe ⁊ increpare, ac monere vt emēdati saluētur. ⁊ ad vitā etnā puēiāt.

Erat quidā senior § iii

in heremo interiori. per multos annos in abstinentia: ⁊ omni studio spiritali nimis laborās. Aduēientesqz ad eum quidaz fratres: admirati sūt eius pseuerantiam dicentes. Quōdo toleras istum tam aridum ⁊ squalidum locū pater? Quibus ille respondens ait. Omnis labor totius tēporis quē hic dego: nondum vnius hore tormentorū eternoꝝ gehenne spaciū habet. Oportet inquit nos in paruo tempore vite istius sustinere labore. ⁊ macerare passiones corporis nostri: vt inueniamus in illo futuro ac eterno seculo. quod nunqz deficit perpetuam repausationem

Referebāt nobis § iiii

sancti seniores de quodam fratre dicentes. qō quodam tempore ita impugnabatur a demonibus: vt statim hora diei prima. tantam famē ⁊ defectionem corpori eius facerēt: vt penitus sustinere nō posset. Ueruntamen ille dicebat in corde suo Quia qualitercūqz esurio: oportet me vel vsqz horā tertiam expectare. ⁊ tunc cibum sumere. Cūqz facta fuisset hora ctia: iterū dicebat cogitationibus suis. Etiam ⁊ nūc violenter oportet me sustinere: vsqz ad horam sextaz. Cumqz aduenisset hora sexta: infundebat panem ⁊ aquam. dicens Duz hic panis infunditur. oportet me etiā horam nonam expectare. Cumqz hora aduenisset nona secundum consuetudinem cōplebat omnes orationes suas: ⁊ psalmodiam secundum regulam. ⁊ pōebat panē vt comederet. Hoc ergo p plurimos dies sustinuit. Quadam ergo die similiter ab hora prima vsqz ad nonaz fecit. Cumqz hora nona sedisset vt cibum caperet: vidit ō sportella vbi panis. id est paximaci a reposita erāt. surrexisse fumū magnū: ⁊ egressum esse p fenestrellam cellule eius. Itaqz ex illo die nec esuries nec defectio corpori facta est. sed magis ita corroboratum ē

in fide ⁊ abstinentia cor eius: vt etiaz nec postbiduum delectaret eum cibū accipe. Ita gratia dei auxiliante certamini eius: per patiētiam suam .frater extinxit castri margie idest gule ꝯcupiscētie passionem.

Egressi sunt ali §iiii

quando de monasterio fratres: ad visitā/dum eos .qui in heremo ꝯmorabātur pa/tres. Cum aūt venissēt ad quendā heremi tā seniorem .suscepit eos cum grandi gau dio :⁊ sicut cōsuetudo ē apposuit eis men/sulam. videns enī eos fatigatos ꝺ itinere ideo āte horā fecit eos reficere . ⁊ quicqd habebat ī cella sua apposuit vt ederēt. ⁊ repausauit eos. Facto autē vespere: ora/tiones ⁊ psalmos secundum cōsuetudinē cōpleuerunt. Similiter etiā ⁊ nocte fece/runt. Supradictus autē senior separate ī alio loco qescebat sibi. ⁊ audiebat loquen tes inter se ⁊ dicentes .Quoniā isti here/mite magis melius ad refectionem ciban tur .q̄ qui in monastetijs conuersantur. Hec autē senior audiens tacuit. Et cum illuxisset dies arripuerunt iter: vt ad aliū heremitam pergerent: qui in vicio eiusdez senis habitabat. Cum autem egrederent dixit eis senior. Salutate eum ex me: ⁊ di cite ei. Obserua ⁊ noli irrigāe holera. Ip/se vero intellexit causam: ⁊ tenuit eosdem fratres: deditqz eis vt operarentur texē tes sportas. sedensqz cuz eis ipse operaba tur .Uespere autem ad luminaria addidit super consuetudinē alios psalmos. ⁊ post completas orationes dixit eis. Nos qui/dem consuetudinem non habemus cibari quottidie: sed propter vestrum aduentuz oportet nos hodie cenare. Et apposuit eis panez ⁊ sal dicens. Quia propter vos de bemus amplius aliquid cenare. misit autē modicum acetum ⁊ sal ⁊ modicuz olei. Et cum surrexissent de mensula: cepit iterum psallere vsqz prope lucē. Et dixit eis. Nō possumus propter vos omnem canonem psallere: ideoqz repausate modicum: quia de itinere fatigati estis. Cū aūt factuz fu/isset mane hora prima. voluerūt recedere ab eo: sed non permisit eos senior dicens. Magis iubete facere nobiscum aliquā/tos dies. Non enī dimitto vos hodie: sed ꝓpt caritatē teneo vos vt alios tres dies Illi aūt hec audiētes surrexerūt nocte: ⁊ āteqū lucesceret fugierunt ex eodē loco

Quidaz de sā §v

ctis seniorib⁹ salutādi causa profectus ē ad aliuz semorē heremitaz. Qui cū oi gau dio suscepit eum. Pro cuius aduētu para uit ad refectionem lenticule cibum coctū Dixerūtqz inter se. vt prius ex more cōple rent orationes ⁊ psalmodiā: ⁊ postea cibū caperēt. Cuz aūt ingressi fuissēt: psallebāt. totūqz psalteriū opleuerūt. Nam et ꝺ scri pturis sanctis tāq̄ legentes duos ꝓphe/tas absentes habentes recitauerūt. Jāqz dies abierat: nox similiter recedebat. Dū ergo orarēt ⁊ itente psallerēt: illuxit alia dies. ⁊ tūc intellexerunt qꝫ iam nox trasis/set. Jterū autē iter se de verbo dei loquē tes .⁊ speciales ibi sēsus exponētes. factū ē vt circa horā nonaz salutantes seinuicē ita reuersus ē qui venerat senex ad cellu lam suam. Nam refectionē cibi qui para tus fuerat obliti sunt accipere: duz cibum spiritualem ꝓceperunt. Uespere autē fa/cto inuenit senior ollam plenam sicut pa/ta fuerat: ⁊ contristatus dixit. heu quomo do obliti sumus pulmentum istud..

Referebat nobis §vi

abbas Zenō . quia aliquādo dū ꝓficisce retur ad palestinā fatigatus de labore iti neris: resedit sub arbore. Erat aūt ī ꝓxi/mo ager plenus cucumere. Cogitauit aūt in corde suo vt surgeret ⁊ tolleret sibi ad refectionē de ipis cucumeribus. Nihil. n. iquit grāde ē qꝺ habeo tollere. Rndēsqz ipse sibi in cogitationibus suis. ait . Quia fures precipientib⁹ iudicib⁹. in tormenta mittunt̄: oportet ergo meipsuz ꝓbare si possum sustinere tormenta que latrones patiūtur . Exurgēs aūt eadē hora stetit in estu quinqz dies fixitqz corpus suum ⁊ dixit cogitationib⁹ suis. Quia non possuz sustinere tormēta: ideo oportet me furtuz non facere: sed magis exercere scꝺm cōsu

etudinem opera manuum ⁊ de laboribus meis reficere: sicut sancta scriptura dicit in psalmis: labores manuum tuaꝝ q manducabis: beatus es ⁊ tibi bene erit. Quod certe quottidie in conspectu dñi psallim⁹.

Discipulus cu §vii

iusdaꝝ sancti senioris ipugnabaꝫ a spiritu fornicatiõis: sed auxiliante gr̃a domini resistebat viriliter pessimis ⁊ imundis cogitatiõibus cordis sui ieiuniis ⁊ oratiõibus: ⁊ in opere manuũ affligebat se vehemẽt. Beatus aũt senior videns eũ ita laborantez dixit ei. Si vis o fili dep̃cor dñz vt auferat a te istaꝝ ipugnationẽ. Ille ℞o respõdens dixit. Video pater: qa ⁊ si labor̃ sustineo: sentio tñ fructũ in me proficere bonum. quia p occasionẽ impugnatiõis hui⁹ ⁊ ampli⁹ ieiuno: ⁊ ampli⁹ i vigiliis ⁊ oroni bus tolero. Uerũtamẽ dep̃cor te vt ores pro me mifficordiã dñi: vt det mihi ℞tutẽ: quaten⁹ possim sustinere ⁊ certare legitime. Tunc senior scũs dixit ei. Ecce nunc cognoui fili qa fideliter ītelligis: q̃ h̃ spirit tale certamen p patientiaꝝ ad salutẽ eternam: anime tue ꝓficiat. Ita enī scũs apl̃s dicit. Bonum certamen certaui: cursum cõsumaui: fidẽ seruaui: decetero reposita est mihi corona iustitie: nõ solũ autẽ mihi: sed ⁊ omnib⁹ qui diligunt aduentuz eius.

Et alius etiam §viii

fr̃ vehemẽt ipugnabaꝫ ab immundo spũ fornicatiõis. Exurgẽs aũt noctu abiit ad quẽdam scũm ⁊ ꝓbatuz i ℞tutib⁹ seniorẽ: ⁊ cõfessus ẽ ei: quia patiebaꝫ ipugnationẽ ab spiritu fornicatiõis. Hec cũ audisset senior: cõsolabatur eũ: docẽs spiritualibus verbis de ℞tute patiẽtie dicens: sicut scriptuz ẽ: viriliter age ⁊ cõfortet cor tuũ: ⁊ sustine dñm. Reuersus ẽ fr̃ ad cellulã suaz: ⁊ ecce itez ipugnatio ĩsistebat ei. Ipe aũt festinauit denuo pergere ad supradictum seniorẽ. Uidens aũt eum senior: itez docebat euz vt patienter ⁊ idefesse sustineret: dicebatqz ei: crede fili: qm̃ mittet tibi dñs ihs x̃ps auxiliuz de celo scõ suo: vt possis supare passioẽ banc. Cõfortatus aũt frat monente scõ seniore. remeauit ad cellulã suaz: ⁊ iterũ ipugnatio valde cõturbabat cor eius. Et statiz eadẽ hora noctis reuersus ẽ ad seniorem: ⁊ dep̃cabaꝫ eũ vt intentius p eo dñm exoraret: Dixitqz ei senior. Ne ptimescas fili: neqz resoluaris: neqz abscõdas cogitatiões tuas: ita enī cõfus⁹ spiritus imundus discedit a te. Nihil enim ita allidit virtutẽ demonum: quõ si quis secreta imundaꝝ cogitationuz reuelauerit scis ac beatissimis p̃ribus. Uiriliter age fili. ⁊ confortet cor tuum: ⁊ sustine dñz. Ubi enim durior ẽ pugna: ibi gl̃iosior erit ⁊ corona. Deniqz scũs ꝓpha esaias dicit. Nũquid ĩualida est man⁹ dñi ad saluãdũ: aut aggrauata est auris ei⁹ vt non exaudiat? Considera g̃ filiole: quia certamen tuũ expectat dñs: tibiqz contra diabolũ dimicãti parat eternitatis coronã. Ideo monet noscã scriptura dicẽs: qa p multas tribulationes oportz nos itroire in regnũ celorũ. Hec autem audiens frater. cõfirmatũ est cor eius in domino: ⁊ permãsit apud seniorem: noluitqz vltra reuerti ad cellã suã.

Beato abbati §ix

Moysi qui habitat in loco qui appellabatur petra quodam tempore in tantum ĩposuit duriss̃imam impugnationez demõ fornicationis: vt non preualeret sedere i cellula sua: sed abiit ad scm̃ abbatem Isidoꝝ: ⁊ rettulit ei violẽtiã ipugnatiõis sue. Cũqz de scripturis scis abbas Isidor⁹ p̃ferẽs testimõia cõsolaret eũ ⁊ vt ad cellulã suã reuerteret̃ rogaret eum noluit abbas moyses pgere ad cellulã suã. Tũc abbas isidor⁹ parit̃ cũ abbate moyse ascẽderũt i supioza cellule sue. Et dixit ei isidor⁹. Respice ad occidẽtẽ ⁊ vide. Cũqz respiceret vidit mlt̃itudinẽ dæmonũ vehemẽt̃ cũ furore pturbari: ⁊ q̃si ad pliũ p̃paratos: festinãtesqz pugnare. Dixit aũt ei abbas isidor⁹. Respice iterum ad orientez: ⁊ vide. Cũqz respiceret: vidit innumerabilem multitudinem sanctorum angelorum: gloriosuz ⁊ splendẽtem sup̃ lumen solis celestium vir

tutum exercitū. Ait autem ei abbas Jsi/
dorus. Ecce quos in occidente vidisti. ipsi
sunt q etiā ipugnant sanctos dei. Naz q̄s
ad oriētē cōsperxisti: ipsi sunt quos ad adiu
toriū sanctis suis mittit. Cognosce ergo. qz
plures sunt nobiscū sicut dicit Helisē⁹ pro
pheta. Uerū etiaz sanctus Joannes dicit
Quia maior ē qui in nobis est. q̄ qui i hoc
mūdo. et his auditis cōfortat in dño scūs
abbas Moyses: z reuersus ē in cellulā su
am. gratias agens z glorificans dñi nostri
iesu xp̄i bonitatis patientiam.

Erat quidam §r.

frater in heremo scithie: p̄optuſ z alacer i
opus dei z spiritali cōuersatiōe. Huic aūt
inimicus generis humani diabolus immi
sit cogitationes vt recordaret cuiusdā no
te sibi mulieris pulchritudinē: z conturba
retur i cogitationib⁹ suis vehementer. Cō
tingit āt ex dispensatione dñi ihū vt alius
quidā frater de egypto veniret ad visitā
dū eū in charitate xp̄i. Et dū inter se loq̄/
bantur euenit sermo: vt diceret ille frater
de egypto. qz mortua est illa mulier. Jpsa
autē erat in cui⁹ amore ipugnabat sapza
dict⁹ frater. Hec cū audisset ille. post pau/
cos dies abiit ad locū illū. vbi positū erat
corpus illius defuncte mulieris: z aperuit
noctu sepulchr̄ eius z cū pallio suo tersit
saniē putredinis eius: z reuersus ē ad cel/
lulā suā. Ponebatq̄ fetorē in conspectu
suo. z dicebat cogitationib⁹ suis. Ecce ha/
bes desideriū quod querebas facia te ex
eo. et ita i illo fetore cruciabat semetipz vs
q̄z q̄ cessaret ab eo sordidissima ipugnatō.

Duo fratres §ri

monachi abierūt in p̄rimā ciuitatē. vt di
straherēt q̄ manib⁹ suis p totū annū opati
cēnt. Un⁹ āt ex eis egressus ē vt quedaz
sibi necessaria emeret. ali⁹ āt solus in ho/
spitio remānsit z instigante dyabolo cecidit
in fornicatiōez. Cū autē reuersus venisset
frater: dixit ei: Ecce distraxim⁹ que neces
saria erāt reuertamur nūc ad cellulam no
strā. Respondens aūt frater: dixit ei. Nō
possū reuerti. Cūq̄ deprecaret eū frater su
us dicens: q̄propter nō reuerteris ad cel/
lā. Jlle confessus ē ei dicēs. Quia ego cū
discessisti a me. cecidi in fornicationē: ideo
nolo reuerti. Uolēs aūt lucrari⁹ z saluare
aiam eius frater suus cū sacramēto dixit
ei. Quia z ego cū separatus fuissē a te la/
psus sū similiter i fornicationē: verūtamē
reuertamur ad cellulā. z ponam⁹ nos i pe
nitētiā: Omnia. n. possibilia sūt deo. vt pe
nitētibus nobis idulgentiā donare digne
tur. vt in eterno igne tormētis z penis in/
ferni tartaro nō cruciemur: vbi penitētia
nō est. sed ignis sēper sine cessatione z di/
ra tormenta. Jta ergo reuersi sūt ad cellu
lā suā. Abierūt aūt ad sanctos patres. z p
strauerūt se ad vestigia eoz cū multo plu
latu z lachrimis gemētes: z confessi sūt il
lis. que euenisset eis ruine tēptatio. Quic
qd autē p̄ceperunt sancti seniores. z do/
cuerūt eos i cā pnie ita oīa fecerūt. Jlle q̄
ali⁹ fr q̄ ñ peccauerat p fre q peccauerat
penitētiā agebat. quasi z ipse peccasset eo
q̄ multā charitatē circa eū hēret. Uidens
āt domin⁹ laborē charitatis ei⁹. infra pau
ca tēpora reuelauit sanctis p̄rib⁹ qualis
eēt causa: z qz pp charitatē illi⁹ q̄ nō pec/
cauerat. z se afflixerat p salute fratris: id
circo indulgētiā donauit ei dñs q peccas/
set. Ecce hoc ita ē sicut scriptū est: qz posu/
it animā suā p̄o salute fratris sui.

Alius etiam §rii

frater molestiā sustinebat ab spiritu forni
catiōis. Abiit āt ad q̄ndā p̄batissimū sēio/
rem: z p̄cabat eū dicēs. Pone tibi sollici/
tudinē beatissime p̄r. z ora p' me: qz graui
ter me ipugnat passio fornicationis. Hec
cū audisset senior orabat intēte diebus ac
noctibus p eo deprecās dñi misericordiam
Jtez aūt veniebat idē frater z rogabat
seniorē vt magis itenti⁹ p eo oraret. Sitr
āt cū oi sollicitudie: beat⁹ senior orabat ītē
tius p eo. Frequēter āt veniētē ad se mo
nachum. videns senior: z deprecātem se vt
oraret: valde contristatus: mirabatur qz
non exaudiret domin⁹ orationē eius: Ea/

dē autē nocte reuelauit ei dom̃n⁹.q̃ circa illū monachū erat negligētie ꝛ ignauie resolutio:ꝛ delectatiões corporee cordis ei⁹ Ita autē ostensum ē sancto seniori. Vidit sedentē illuz monachū.ꝛ spiritū fornicationis in diuersis mulierꝫ formis ante illū ludētez:ꝛ ipsū cū eis delectari. Videbat aūt ꝛ angelū dñi astātem. ꝛ indignātē grauit contra eūdez fratrez:qz nō surgebat neq; prosternebat se in orationib⁹ ad deuz. Sz magis delectabatur cogitationibus suis. Hec autē ostensa sunt per reuelationem sancto seniori. Cognouit āt qz culpa ꝛ negligentia illius monachi erat: vt nō exaudirent̃ orationes eius. Et tunc dixit ei senior. Quia tua culpa ē frater qui condelectaris cogitationibus malis. ipossibile est enim discedere a te spiritū fornicationis īmundum. aliis orantib⁹ ꝛ deū p te deprecantibus: nisi ꝛ tuipse labore assumas. ieiuniis. ꝛ orationibus. et vigiliis multis cū gemitu deprecans tu misericordiaz suam ꝛ adiutoriū sue gratie p̄beat tibi dñs ihs xp̃s vt possis resistere cogitationibus malis. Nam ꝛ medici q corporibus hoiuz medicamēta conficiunt ꝛ adhibent: q̃uis oia cū sūma diligētia faciāt: verūtn̄ si ille q infirmat̄ a noxiis cibis. vl'ō aliis q̃ solent ledere infirmitates abstiere noluerit: nihil ei proficit cura ꝛ diligentia et sollicitudo medicorum. Similiter etiam et in anime languoribus eueniet. Licet enim omni intentione ꝛ ex toto corde. sancti patres qui sunt medici spirituales exorent misericordiam domini saluatoris nostri pro eis. qui orationibus eorum se postulant adiuuari: nisi ꝛ ip̃i cum omni intentione mentis. taz in oratiōib⁹ q̃z in omni ope spūali que deo placita sunt: fecerint. non eis ꝓficient negligentibus ꝛ resolutis. ꝛ de salute anime minime cogitantibus orationes sanctoꝝ. Et hec audiēs frater ꝓpunctus est corde. ꝛ cum omni sollicitudine fm doctrinam senioris. tam in ieiuniis q̃z in oratiōib⁹ ꝛ vigiliis semetipsū afflixit. et meruit misericordiam domini. Et recessit ab eo spiritus immunde passionis.

Erat quidam § xiii

monachus ꝛ habitabat in heremo. Quedam autē puella ex genere ꝛ cognatione eius post plurimos ānos ꝓperit in quo loco supradict⁹ monachus habitaret: ꝛ instigante diabolo abiit in desertum. requirens cū. Quo inuento ingressa est cellulā eius. asserens ei qz ex genere ꝛ parentela eius fuisset: mansitqz ibi apud eū ꝛ cecidit in ruinā peccati cum ea. Erat autem alius monachus ꝛ ipse in heremo degens Qui cū ad refectionis horaz veniss̄et: gello cū aqua quē ad potum sibi ꝓparauerat vertebat se: ꝛ tota illa aqua fundebatur ī terra. Hoc aūt per aliquot dies cum ad refectionē veniss̄et ita fiebat: ꝛ effūdebat̄ aqua in terrā: vt nō posset bibere. Cogitauit aūt apud semetipsuz: vt abiret ad illuz aliuz mōachum: ꝛ diceret ei de gellone q ꝛtebat se ꝛ tota aqua effūdebat̄. Itez cuz ī itinere vespe facto: ī q̃dam antiq̃ ꝛ dirruto tēplo ydolorꝫ dormiret: audiuit demones int̄ se loquētes: qa in ista nocte p̄cipitauim⁹ illū mōachū ī fornicationē. Et hec audiēs admirabat̄. Cū aūt illuxiss̄et dies puenit ad mōachū. ꝛ inuenit euz g̃uissima tristitia oppressū: ꝛ dixit ei. Quid faciā fr: qa qua hora reficere voluero: statiz gello quē ad vsuz aque hēo vertit se. ꝛ effundit̄ aqua: ꝛ nō habeo qd̄ possim bibere? Tūc rn̄dit ei sup̄dictus mōach⁹ dicēs. Tu qdez venisti ad me introgare quia gelunculus vertit se ꝛ effundit̄ aqua? Ego aūt qd hēo facere: qz ī hac nocte cecidi ī fornicationē. Rn̄densq; frater dicit ei: ꝛ ego hoc iaz cognoui. Dixit autē ei ille. Et vñ hoc potuisti cognoscere? Et ille ait. Duz ī itinere noctu gesceré audiui demones int̄ se loquētes ꝛ gloriātes de lapsu tuo. ꝛ nimis cōtristat⁹ suz. Tūc rn̄dit ei ille monach⁹ dicēs: Ecce ego egredior: ꝛ vado ī seculuz: Hec ille audiēs deprecabat̄ eū dicens. Noli b̄ agere fr: sed magis patienē sustinens pma ne in hoc loco. Nā mulierez expellamus ꝛ reuertat̄ ad locū suuz. Manifeste. n. ista exgsitio artis maligni diaboli est. Magis

aũt oportet vt maneas i ℔ loco i afflictiõe cordis ⁊ corporis: et cũ itimi cordis gemitu. ac lachrimis vsq; in exitũ vite ꝺprecaꝝ saluatoris nr̃i pietatẽ vt possis iuenir̃ mi ficõdiã i die illo terribili magni iudicii ꝺi.

Erat quidam §xiiii

frater in beremo. bitabat ãt in loco q̃ dicebaꝫ cellia: ⁊ ipugnabãt eũ ꝺmones in passione fornicatiõis. Cogitauit aũt apud semetipꝫ dicẽs. Q̃ forsitã oportet me magis i ope manuũ laborare: vt extenuetur carnalis sẽsus me⁹. Erat ãt idẽ frater arte figulus. Exurgẽs ãt fecit i luto ⁊ plasmauit q̃si figurã mulieris: et dixit cogitationibus suis. Ecce vxor tua. necessariũ est ℊ vt sup cõsuetudinẽ addas in ope manuum tuaꝝ ⁊ post aliquantos dies iteruꝫ similiter fecit ex luto et plasmauit q̃si filiaꝫ sibi. ⁊ dixit cogitationib⁹ suis. Ecce genera uit vxor tua filiã. necessariũ est ergo vt magis magisq; ampli⁹ exerceas opa manuum: vt possis pascere ⁊ vestire. et te. ⁊ vxorẽ ⁊ filiã tuã ⁊ ita p̃ nimio labore macerauit corpus suũ: vt nõ preualeret iam subportare tantũ laborẽ. Tunc dixit cogitatiõibus suis. Quia si non p̃uales nimiũ istũ sustinere laborẽ: neq; mulierẽ regras Uidens ãt deus feruens ꝓpositũ mentis eius ꝑ certamine castitatis: abstulit ab eo molestiam impugnationis demonum. Et gl̃ificauit ꝺuꝫ sup magnitudinẽ gr̃e eius.

Quidã frater §xv

interrogauit beatũ abbatẽ Poemen dicens. Quid faciã pater: q̃ ipugnat me passio fornicationis: ⁊ rapior i passionẽ furoris? Et respõdẽs dixit ei sãct⁹ sẽior. Ideo vtiq; dauid ꝓphẽta dicebat q̃ leonẽ gdẽ pcutiebã: nã ⁊ vsũ frequẽter suffocabaꝫ. Hoc aũt ita itelligit. q̃ furorẽ ab aĩo meo abscidebã: fornicationẽ ãt i laboribꝰ affligebã. Explicit ꝺe spũ fornicatiõis. De virtute patientie et hũilitate: §. xvi.

Icebant

sancti seniores patres ꝺ quodã monacho iam seniore in scithie beremo cõmanente: quomodo seruus quorũdam erat: ⁊ per singulos annos descendebat de beremo in Alexãdriã. vbi cõmanebãt domini ei⁹ ꝺferẽs ei pẽsionẽ. sicut solẽt fui dare dominis suis. Sed vñi eius magis reuerẽtiã ꝓ timore habẽtes circa eũ honorabãt occurrentes ⁊ salutãtes eũ. Petẽtesq; vt ꝓ eis dominũ exoraret. Ille ãt mittebat aquã in peluim. ⁊ festinabat lauare pedes dñoꝝ suoꝝ: cũ oĩ humilitate obsequiũ eis cupiẽs exhibere. Ipsi vero nolebãt acquiescere vt pedes eoꝝ ablueret: sꝫ dicebãt ei Noli beatissime pr̃ grauare aĩas nr̃as. Ait ille respondens dicebat. ego seru⁹ vester sũ. Nã vos eẽ dños meos omnipotẽs de⁹ constituit. ⁊ gr̃as ago domino vr̃o: q̃ ꝺignati estis me permittere vt seruiã deo viuo ⁊ vero: creatori ac dominatori celi et terre: ⁊ ideo detuli vobis pẽsionẽ fuitutis mee. Dñi autẽ eius cõtendebãt: nolentes accipere quã ꝺtulerat pensionẽ. Respõdẽs ãt monachus dixit eis. Si nolueritis accipere pẽsionẽ meã. ita decreui vt nõ reuertar in beremũ: sed hic in presenti pmaneo ⁊ seruio vobis. Hec autẽ audientes domini eius. acqeuerũt suscipere pensionẽ ne contristaret̃: sed magis reuertere tur ad loca beremi ad cellulã suã. Illud ãt quo ipensionẽ suã ẽt nolentib⁹ ꝺabat dominis suis. statim vt accipiebant pauperibus erogabant. Interrogãtes aũt eundẽ seniorẽ fratres dixerunt ei. Obsecramus te pater vt dicas nobis cur cũ tanta intẽtione ꝓ seruitio tuo. pensionẽ etiã nolentibus ⁊ nimis resistentibus tibi ꝺñis ingessisti? Ad hec respõdens senior dixit. Ego fratres ideo festino ꝓ seruitio quod tanq̃ ꝺminis meis debeo pensionẽ per singulos annos adiplere eis vt q̃q̃d iã cũ adiutorio ꝺmini in ieiuniis ⁊ orationib⁹. seu i sãctis vigiliis: vl̃ in oĩ ope spirituali. xp̃o ꝺño adiuuãte laborauero. hoc mihi i eterna vita. ⁊ ad saluteꝫ anime mee ꝑficiat. vt forsitã si pẽsionẽ ꝓ seruitio meo minime itulero: iam tot⁹ spiritalis labor meus ad illoꝝ mercedẽ ꝑficiat. q̃ me ꝓmiserunt xp̃o ꝺño deseruire ⁊ spiritaliter conuersari.

Erant duo § xvii

fratres secundum carnē quidē germani. verūtn vterqz in spiritali ꝓposito monachi existētes: insidiabaturqz eis malignꝰ diabolus vt quōcūqz eos separaret abinuicē. Quadam igit die ad vesperā fꝛz consuetudinē ille iunioꝛ frater accēdēs lucernā. posuit super candelabꝝ. Faciente aūt malicia demonū ruit cādelabꝝ. ⁊ extincta é lucerna. Per hāc occasionē īsidiabatur eis malignus diabolus. vt in litez eos incēderet. Surgēsqz senioꝛ. cepit percutere cū furore frez suū. Ille vo postratꝰ i ꝛra ꝫ precabat germanū suū dicens. Magna nimꝰ esto dñe: ⁊ ego rursus accēdo lucernaz. Ergo qꝛ ñ rndit ei turbulētū ſmonē. statiqz malignꝰ spūs ofusus recessit ab eis Et ꝓgēs eadē nocte nūciauit ꝓncipi dmo nū dicens. Qm̄ ꝓp humilitatē illiꝰ monachi q prostratꝰ i terra veniā postulabat de fratre suo: ñ prevalui in eis: vidensqz deꝰ humilitatē eius. effudit super eū grāz suā ⁊ ego sentio me valde torqueri atqz cruciari. qm̄ nō ꝓualui separare eos abinuicez Hec aūt oīa verba audiēs sacerdos ydolox q ibi cōmanebat: cōpūctꝰ ē in timoꝛe dñi ⁊ amoꝛe iħu xꝑi. Cōsiderās. n. quā magna seductio ⁊ pditio aīaruz est cultꝰ ydolozum. reliquens omnia festīanter pꝛexit ad sāctos patres ad mōasteriū: ⁊ rettulit eis omnia que ꝓ malitiaz demones inter se loquebantur. Cunqz monitis salutaribus instruxissent eū sci patres de doctrīa salutari baptizatꝰ ē: ⁊ sācti ꝓpositi mōachoꝝ vitā arripuit: ⁊ adiuuante ⁊ coopante gratia dei: factus est ꝓbatissimus monachꝰ. tātūqz veneratus ē. ⁊ tenuit ꝟtutez humilitatis. vt omnes nimiā humilitatez eiꝰ admirarētur: Dicebat enim. qm̄ oēz virtutem aduersarioꝝ nostroꝝ demonū soluit humilitatis ītētio. Deniqz ⁊ dñs noster iħs xꝑs ꝓ humilitatez triūphauit diabolū. ⁊ omnē eius virtutē cōtriuit. Addebat etiā dicēs qm̄ frequēter audisset demones īter se loquētes: quia qñ ad iracū diaz succēdimꝰ corda boīm. si quis sustinuerit patiēt ꝺuicia ſiuriaꝝ: ꝺuersꝰ magis rogauerit ea q̄ ad pacē sūt dicēs ga ego peccaui. statī sētimꝰ oēz nr̄az ꝟtutez mācescē ga approximāt eis gr̄e diuīe potentie

Referrebat aūt § xviii

beatus sēioꝛ ꝑoemē fribꝰ dicēs. Quōiā fuit quidā nup mōachus in Constātinopoli tēporibus Theodosij impatoꝛis. habitabat autē ī parua cella foꝛis ciuitatē prope prasciuz q vocatī septimo: vbi solēt īperatoꝛes egressi ꝺ ciuitate libēter ꝺgere. Audiens aūt imperatoꝛ q ibi esset qdam monachus solitarius. qui nunq̄ egrediebatur de cella: cepit deambulando pergere ad eum locū vbi erat supradictꝰ mōachꝰ: precepitqz sequētibus se eunuchis: vt nullus approximaret ad cellulam monachi illius. Ipse autez solus perrexit: pulsauitqz ostium. Surrexit autem monachꝰ ⁊ aperuit ei: ⁊ non cognouit eum q̄ esset īperator. Tulerat enim sibi coꝛonaz de capite suo vt non cognosceretur. Post oratione autē resederunt pariter. Et interrogauit eum imperatoꝛ dicens. Quomodo sancti patres degūt i egypto: Respōdēsqz monachus ait: Omnes exoꝛāt deū ꝓ salute sua. Aspiciebat autē imperatoꝛ intēte cellulam ipam. ⁊ nihil in ea vidit nisi paucos panes siccos in sporta pēdentes: ⁊ dixit ei. Da mihi benedictionē abba: vt reficiamꝰ. Statizqz festinauit mōachꝰ. ⁊ misit aquā ⁊ sal: ⁊ misit bucellas: ⁊ comederūt pariter. Porrexitqz ei calicem aque ⁊ bibit. Tūc Theodosius imperatoꝛ dixit. Scis quis sum ego: Respondens monachus dixit Nescio quis sis domine. Dixit ei. Ego sum Theodosius īperatoꝛ: ⁊ ob deuotionē veni huc. Hoc cum audisset monachus prostrauit se ante illum. At ille dixit ei. Beati estis vos monachi qui securi ac liberi de negotiis seculi. tranquilla ⁊ quieta per fruamini vita: ⁊ solummodo de salute animarum vestrarum habetis sollicitudinē: quomodo ad vitam eternam: ⁊ ad celestia nobis: vobisqz promissa premia puenire possitis. In ueritate enim dico tibi: quia cer

re in palatio natus sū: z nūc i regno vego: z nūcq̄ sine sollicitudine cibuz capio. Post hec aūt valde honorifice salutauit eū imperator: z ita egressus ē ab eo. Eadez aūt nocte cepit itra se cogitare famulus dī dicens. Qm̄ nō oportet iā me in hoc loco eē. Multi enim nō solū de populo. sed etiā d palatio z de senatorib⁹ q̄plurimi exēplū imperatoris secuti: ad videndū me venturi sūt: z honorē mihi tanq̄ suo dei deferendo nō cessabūt. Et illi quidē hec ppter nomen dñi facturi sūt: ego autē timeo ne forte malign⁹ dyabolus mihi meritū surripiat: z libent incipiā eos suscipere: z cōdelectetur cor meū laudes z honores eor: z per hec iam incipiā virtutez humilitatis pdere: z laudes atqz honores hominuz delectari. Hec igit oia homo dei secū cogitās eadē nocte fugit inde: z prexit in egyptū ad scōs patres in heremo. Itaq̄ cōsiderem⁹ dilectissimi frēs: quāta sollicitudine virtutez humilitatis custodire famulus dī studuit: vt in celesti regno etnam gloriam p labore scē vite suc: quē ppter nomē dñi exercuerat: pcipere a xp̄o dño mereret.

De hoc autem § xix

ipso sancto Poemen: referebāt alij sancti seniores dicētes. Quia quodā tēpore cuz adueniss̄et iudex puincie: audienszq scām opinionē beati poemenis: desiderabat videre eū. misitqz nūciuz ad deprecandum: vt suscip̄eret eum. Beatus aūt Poemen cōtristatus ē valde cogitans apud semetipsum: qa si ceperint psone nobiles venire ad salutādū z honorādum me: manifestuz est: qa z alij multi etiā populares homīes frequētabūt me: z necesse ē p hoc vt pturbetur secreta vite mee cōuersatio. z humilitatis grām quā cū labore tanto auxiliante dño a iuuentute mea studui custodire. forsitā surripiēte maligno diabolo perdā. z vane glorie incurrā laqueos: hec q̄ apō semetipsū ptractās: deffiniuit quatenus excusaret z nō susciperet iudicez. Contristatus aūtē iudex quia nō eū suscepiss̄et: ait ad officium suū. Qm̄ non meruī videre bominem dei petis meis iputo. Uerūtamen nimis desiderauit p quācunqz occasionez videre scm̄ virum. Excogitauit q̄ huiusce modi causaz. que occasionem ei p̄beret videndi eum. Cōprehendēs. n. filiū sororis sue b. poemenis. misit i carcerē: vt p istam occasionez aut susciperet iudicem: aut certe ipse veniret ad rogādū iudicē. Dixitqz ad officiū suū vt nō cōtristet sanct⁹ senior. mādate ei si voluerit venire ad me: necesse ē vt stati educam⁹ eū de carcere. Talis ei⁹ est cā eius: que nō possit impune trāsire. Audiēs aūt hec mater iuuenis idē sororis sci poemenis: abijt i beremū vbi erat frater suus: stabatqz ad ostiū cellule eius cū multo fletu z vllulatu: rogās eum vt descēderet ad iudicē. z rogaret p filio suo. Beat⁹ autē poemē nō solū ad cā nihil dixit: sz nec ostiuz ei aperuit vt ingrederet ad euz. Tunc cepit illa maledicere ei ac dicere. Duriss̄ime z impijssime z ferrea viscera gerēs quō te tantus dolor fletus mei non flectit ad misericordiaz: qm̄ vnicū ip̄m filiū hēo quez i periculo mortis video constitutū. Tunc senior mandauit ei p fratrez q ei ministrabat dicēs. Uade dic ei. Poemen filios nō genuit: z ideo nō dolet. Hec audiēs iudex dixit amicis suis. Scribite ad euz: vt vel epistolā precatoriā faciat ad me: quatenus possim eū dimittere. Tunc iaz cū plurimis suadētib⁹: scūs senior scripsit ad iudicē dicēs. Jubeat nobilitas tua diligēter inqrere causaz illi⁹: z si quid dignū morte admisit moriat: q̄tenus i hoc p̄nti seculo exoluat crimen peccati sui: vt euadat eternas ac perpetue gehenne penas. Sin autez nihil dignum morte cōmisit: quod iustuz videtur legibus: ita iube discernere.

Fuit etiā de § § xx

magnis ptib⁹ qdaz senior noīe Agathon: nominatiss̄im⁹ i virtute hūilitatis z patiētie. Quodā aūt tpe prexerūt ad visitandū eū frēs. Audientes. n. de eo q̄ magnā hūilitatez hūerit: volentesqz p̄bare si vere hūilitatis patiētiā possideret: dixerūt ei. Multi scādalizant in te p̄. qa nimis vicio supbie

tenearis. & iō alios ōspicias. & p nihilo eos habeas: ſz & detractiōes aduersus frēs nō ceſſes loqui. Affirmāt etiam ꝯplurimi. q̄ hec iō agas: q̄ fornicatiōis vicio tenearis: & ne ſolus videaris errare: idcirco aliis nō ceſſes ōtrahere. Ad hec rīdens ſenior ait Hec oīa que dixiſtis vicia i me eſſe cognosco: nec poſſum negare tantas iniquitates meas. Procidēſq̄ pnus in terram adorabat coſdē fratres dicens. Deprecor vos fratres. vt intentius pro me miſero. & multis peccatis obnoxio xp̄m dn̄m exorare nō ceſſetis: vt indulgētiā tribuat iniquitatib⁹ meis multis ac malis. Ad hec ſupradicti fratres addentes dixerūt ei. Nō te lateat etiam hoc: quia hereticum te eſſe ꝯplurimi affirmant. Hoc aūt cū audiſſet ſenior. dixit eis. Licet in aliis mltis peccatis obnoxi⁹ ſim abſit hoc ab aīa mea. Tunc omnes qui ad eum venerant proſtrauerūt ſe in terram ad pedes eius: obſecrantes eum ac dicentes. Precamur te abba. vt dicas nobis cur tanta vicia et peccata dicētib⁹ nobis de te in nullo ōmot⁹ es: de ꝟbo aūt hereticis valde te commouiſti. & abhominat⁹ es: nec ſufferre potuiſti auditum. Dicit eis ſenior. Illas ꝓpter culpas ac peccata ꝓp̄ē humilitatem ſuſtinui: vt peccatorē me eſſe crederetis. Nouim⁹. n. ſi cuſtodiat⁹ humilitatis ꝟtus. magn⁹ fruct⁹ eſt anime. Nam dn̄s & ſaluator noſter ieſus xp̄s. cum ei iudei mltas ōtumelias et conuicia irrogaſſent: patienter cuncta tollerauit. vt nobis humilitatis preberet exēpla. Immiſſi enim falſi teſtes multa aduersus eū falſa dixerūt. & vſq̄ ad mortem cūcta ſuſtinuit. Ita enim & apoſtolus Petrus predicabat dicens. Xp̄s paſſus ē pro vobis: vobis reliquens exēplum: vt ſequamini veſtigia ei⁹ Oportet igitur vt patienter cū humilitate cūcta aduersa ſuſtineamus. Sermonē autem quem obieciſtis de hereſi non potui ſuſtinere: quia hereſis ſeparatio ē a deo. Hereticus enim ſeparatur a deo viuo: et vero: & coniungitur diabolo et āgelis ei⁹ Alienatus enim a xp̄o. nō habet deū quē exoret pro peccatis ſuis: qa ex omni parte periit. Si autē conuerſus fuerit ad verā et catholicaz ſancte eccleſie fidem: ſuſcipit a bono & pio ſaluatore noſtro xp̄o. et recō iūgit deo ꝟo creatori & ſaluatori nr̄o xp̄o.

Conſilium inter §xxi.

ſe habuerūt ſeniores patres. & omnes monachi habitātes i herēo ſcitbic: & ōſeſerūt vt pater Iſaac p̄sbiter eis ordinaret: i eccleſia q̄ in heremo ſita ē: vbi conuenit die & hora ſtatuta multitudo mōachoꝝ: q̄ illa heremo ouerſātur. Audiēs aūt ſupradictus abba huiuſcemōi ōſiliū fugit i egyptū: et abſcōdit ſe in q̄dā agro inter fructeta arbitrans īdignū ſe eē honore p̄sbiterii Ꝯplurimi aūt frm ſequebāt. vt ꝓcheberēt eū. Cū aūt applicuiſſēt ad veſpam i eodē agro. vt reficerēt fatigati ō itinere. erat. n. nox. dimiſerūt aſellū qui eis ſūpt⁹ portabat i itinere vt paſceret. Cum aūt paſceret aſellus puenit in locum vbi ſupradictus abbas yſaac latitabat. Cūq̄ illuxiſſet dies. regrētes mōachi aſellū puenerūt ad eūdē locū vbi ſe ſenior occultauerat. et admirātes valde diſpēſatiōes diuinas con p̄bēdētes ligare et ōſtrīgere eū voluerūt: et ita producere. Venerabil⁹ aūt senior nō p̄miſit dicēs. Jā nō poſſum ōtradicere vobis quia fortitā volūtas dei ē: vt licet indignus ſuſcipiam ordinem preſbiterii.

Erant duo §xxii

tres monachi pariter i cellula commorantes: quorum humilitatez et patientiā multi etiam de ſanctis patribus collaudabāt. Audiens vero quidam ſanctus vir voluit ꝓbare ſi verā p̄fectāq̄ humilitatem habe rent. venit ad viſitandum eos. Cūq̄ cum gaudio ſuſcepiſſent eum et ex more cōpleſſēt orationes egreſſus foris cellulam vidit paruum ortum: vbi ſibi holera faciebant. Apprehenſoq̄ baculo cū toto impetu cepit omnia holera cedēdo confrīgere: ita vt nihil omnīo remāeret. Videntes aūt ſupradicti frēs. nihil pēit⁹ dixerūt: ſz nec vultuz triſtē aut turbatū bn̄tes. Et rurſus igreſſi cellulā. veſptias oīoes ꝯplētes: adorātes

eū dixerunt. Si ꝑcipis pater ibim⁹ ꝛ euz q remansit caulē coquētes gustem⁹: qz iā bora ē vt cibum sumam⁹. Tūc senioꝛ adoꝛauit eos dicēs/ Gratias ago deo meo: qz video spiritū sanctū requiescere in vobis ꝛ ideo hoꝛtoꝛ vos ac moneo frēs carissimi vt vsqz i finē custodiatis sācte būilitatis ꝛ patiētie virtutē: vt ipa in regno celesti vos magnos ꝛ sublimes in conspectu domini faciat apparere.

Erat quidam §.xxiii

in cenobio iā senex ꝓbatissim⁹ monachus ꝛ icurrit grauissimā egritudinē ofectusqz nimia ꝛ intollerabili infirmitate per lōguz tēpus laboꝛabat in doloꝛib⁹ multis. nec inuenire poterāt fratres. qliter succurerent egritudini ei⁹: qm̄ ea que necessaria erant infirmitati eius. non habebantur i monasterio. Audiens autem quedā famula dei de afflictiōe infirmitatis ei⁹. deprecabatur pfez monasterij. vt eū ad cellulā suā tolleret. ꝛ ministraret ei: maxie autē: qz faciliuſ inuenire possz i ciuitate q̄ necessaria eius egritudini videbātur. Precepit g̃ pr̄ mōasterij: vt poꝛtarēt eū frēs ad cellulā famule dei. Ipsa vero cū oi veneratiōe suscipiens eū ꝓpter nomē dn̄i: ministrabat ei pro retributione mercedis eterne quā credebat a xp̄o saluatoꝛe nr̄o recipe. Tūcq; per tres ꝛ āpli⁹ annos sedule obsequereī famulo dei: ceperūt boues mēte coꝛꝛupti. ꝛz scabiē mētis sue suspicari. qꝫ nō sincerā habeꝛet senioꝛ ofciētiā ō virgine q̄ ministrabat ei. Audiens aūt hec senioꝛ exoꝛabat diuinitatē xp̄i dicens. Tu dn̄e deus nr̄ q̄ solus nosti oia. ꝛ vides qz multi sūt doloꝛes egritudinis ꝛ miserie mee ꝛ afflictiōes tāte infirmitatis: q̄ me ita ꝓ tanta cōsumit tēpoꝛa. vt necessariū habeaz obsequiū bui⁹ famule tue. que mihi ꝓp nomē tuuz ministrat. Tribue ei dn̄e de⁹ meus cōdignā mercedē in vita eterna. sicut dignat⁹ es promittere ꝓp bonitatē tuā his q̄ ꝓp nomē tuū exhibēt egenis ꝛ infirmis suū misteriū. Cum aūt appꝛopinquasset trāsitus eius conuenerunt ad eū ꝯ plurimi sancti seniꝛes et frēs de mōasterio. Et dixit eis senioꝛ. Obsecro vos dñi ꝛ patres ꝛ fratres. vt cū defūct⁹ fuero: tollatis bacculū meū ꝛ plātetis eū sup sepulcꝝ meū: ꝛ cū radices miserit fecerit qz fructū: tūc scietis. quia mūda ē ofciētia mea a famula dei q̄ mihi ministrabat. Si aūt nō frōduerit: scitote qz n̄ sum mūdus ab ea. Tū g̃ vir dei exiiſſz ō coꝛpore. ꝛz ꝓceptū ei⁹ sci pr̄es plātauerūt bacculuz ei⁹ sup sepulcꝝ ipi⁹. ꝛ frōduit: accedēs tiqz tēpoꝛe ꝓtulit fructū. Et admirati sūt oēs glorificātes deū. Ad tale. n. miraculū etiā ō vicinis regionib⁹ multi ꝯueniētes: magnificabāt gr̃az saluat̄ois. nā ꝛ nos ipaz arbusculā vidim⁹ ꝛ benedixim⁹ dn̄z q̄ ꝓtegit i oīb⁹ i sinceritate ꝛ ꝯitate sibi fuietes.

Quodam tem §.xxiiii

poꝛe ad beatū abbatē apolo duxerūt quē dā vexatū: q̄ fortiē a demonio toꝛquebat cūqz ꝑ triduū obseruarēt qui cū eo veneꝛāt obsecrātes senē vt eū in nomie xp̄i fusis ad deū ꝓcib⁹ curaret. Rn̄dens senioꝛ dixit eis n̄ ee se bui⁹ meriti. vt ōmōib⁹ imperaret. Cū aūt pſisterēt q̄ venerāt rogantes eū flētes ꝛ nimis ōꝓcātes: tandē acq̄euit. cū aūt i noie dn̄i saluatoꝛis nr̄i ipaz ōmōi dicēs. Exi imūde spirit⁹ ō plasmate dei. Tūc rn̄dēs ōmō dixit ei. Ego qdē imperāte ꝛtute xp̄i egredioꝛ: tn̄ interrogo te ꝓmonē vt dicas mihi. Quid ē qō scriptuz ē i euāgelio. q̄ sūt bedi: ꝛ q̄ sūt oues? Rn̄dens aūt senioꝛ dixit ei: bedi qdē iusti sūt int̄ ꝙs ꝛ ego sū peccatoꝛ q̄ mltis peccatis obnoxi⁹ sū: oues āt ds nouit q̄ sūt. Tunc exclamauit ōmō voce magna dicens: ꝓp būilitatē tuā stare oīno n̄ posſū. Et statim egressus ē ō boie quē obsederat. Uidētes aūt oēs g astabāt: ꝺderūt gloriaz deo.

Referebāt §.xxv

sācti seniꝛes nob dicētes: qz fuit qdā mōach⁹ i heremo scithie. Uēit āt ad visitādos scōs pr̄es i loco q̄ vr̄ cella. vbi multitudo mōachoꝝ diuisis bitāt cellulis. cūqz n̄ inueniret ad pr̄s cellulā vbi possz manere: qdā de seniꝛibus habens aliam vacantē cellulam dedit ei dicens. Interim repausa in hac cellula donec inuenias vbi pos

senex. ira per has quattuor res exurgit. p cupiditatē auaritiã dãdi ꝛ accipiēdi:ꝛ si q̄s q̄m. velit suã defēdere sētēciã.ꝛ si q̄s vult se honoribus sublimari:ꝛ si quis doctorē eē vult. plus oīb⁹ sapientē sperãs. Ira ẽt per hec quattuor humanos sensus obscurat. Si odio habuerit hō ꝓximū suū:aut si illi inuiderit:aut si ꝓ nihilo duxerit:aut si detractauerit. Passionis ãt huius retributio quattuor modos habet. primū ex corde. secūdū ex facie:tertiū ex lingua. quartū ex facto. Si ergo potuerit quis ita portare malū. vt ne ingrediatur i cor nō perueniat vsq3 ad faciez. si aũt venerit i faciē custodiat ne loquatur illud. Qđ si locutus fuerit vel hoc custodiat. ne reddat in facto sz mox dimittat. Tres .n. gradus sũt hoīuz i passione ire. Nã qui volũtarie nocetur et iniuriat̃ ꝛ parcit ꝓximo suo hic secūdū naturã xp̄i est. Qui ãt nō ledit nec ledi vult. hic secūdū naturã Adã est. Qui vero nocet aut iniuriatur. aut calūniã ingerit. aut vsuras exigit:h̄ secūdū diabolū est.

Quidã ex fra §lxxiii

tribus passus ab alio iniuriã. venit ad abbatez Sysoiū:ꝛ contumelie genus exponens addebat cupio me vindicare pater. Senex ãt rogare eū cepit. vt relinqueret eo vindictã. At ille ingt nō desistã nisi fortiter vendicauero. Cui senex ait. Quatenus semel hoc in animo statuisti vel nunc oremus. Exurgens ãt senex. bis verbis cepit orare. Deus iã nobis nō est necessarius vt ꝓ nobis sis sollicitus. qz nosm̄ipi:sicut frater iste dicit:ꝛ volum⁹ ꝛ possumus nos vindicare. Quod cū ille frater audisset. ante pedes senis effusus. veniã postulabat:promittēs se cum illo cui irascebatur nunc̄q̄ ꝺ inceps certaturum.

Quidaz fra § lxxiiii

ter dū ab alio ũuriaret̃ venit ꝛ nũciauit seni. Cui ille rndit satisfac cogitatiõi tue q̄m nō vult frat̃ iniuriari te:sz peccata tua. nã in oī tẽptatõe q̄ tibi ꝛtigit ꝓboiez: nō arguas euz:sz tantummodo dic. quia pp peccata mea ꝛtingunt mihi hec.

Dicebat fre §lxxv

quẽter abba ꝓpoemẽ:malitia nũc̄q̄ te expugnet. Si q̄s tibi malũ fecerit tu illi bonum redde: vt per bonum vincas maluz.

Quidaz fra § lxxvi

ter q̄to plus esi aliq̄s iniuriabat̃ aut ꝺride bat tãtoplus ille gaudebat dicẽs. Isti sũt q̄ nobis occasionẽ ꝓbẽt ad ꝓfectũ nostz. q ãt beatificãt nos ꝛturbãt aias nr̃as. Scriptū ẽ. n. q̄m bi q̄ btificãt vos decipiũt vos.

Alter senex §.lxxvii

si q̄s detraxisset ei ille festinabat:si vicin⁹ ei erat ꝓ se ip̄m bene illū remunerare. Qđ si lõgi⁹ manebat. trãsmittebat ei munera.

Quidaz fra §.lxxviii

ter rogabat abbatẽ Sysoiū dicens. Si latrones aut barbari sup me irruerit occidere me volentes.ꝛ ego si ꝓualere potuero. iubes occidam eos? Cui ille rndit. Ne facias oīno.sz totū te ꝺo cõmitte. qcqd. n. tibi aduersi cõtigerit: ꝓfitere hoc tibi propter peccata tua venire. Diuine. n. dispensationi debes totū ascribere.

Erat quidam § lxxix

beremita magnus in monte qui dicitur

adblibeus:ꝛ venerũt ſup eũ latrones.Cũ aũt ille vocẽ feciſſet ỏ vicinis locis. frēs alii cõfluentes:cõprehẽderũt eos. Quos tranſmiſſos in ciuitatẽ iudex miſit in carcerẽ.fratres ḡ illi meſti facti ſunt: qꝛ propter ipſos latrones traditi eſſent iudici. et venientes ad abbatẽ poemenẽ. renũciauerũt ei factũ. qui ſcripſit ad heremitam Si recordareris p̃mã ꝓditionẽ.nunc̃ꝫ ſe cũdaꝫ ꝓpetraſſes.Quo ille ſermone cũ cõpũctus eſſet in oĩ illa regione nominatus ꝛ per multũ tempus de cella ſua non exiens ſurrexit ſtatĩ:ꝛ venit in ciuitatẽꝫ ꝛ excutiens latrones de carcere publice liberauit eos a tormentis.

Cuiuſdam §lxxx

philoſophi diſcipul⁹ peccauit ꝛ cũ ſibi idulgeri vellet dicit ei philoſophus. Nõ tibi idulgeo niſi in bis trib⁹ ānis portaueriſ onera alioꝝ.Cui reuerſo poſt tres annos: cuꝫ iã peccato ſatiſſeciſſet. Dicit ei phs. Nec nũc tibi adhuc indulgeo niſi aliis trib⁹ annis ỏderis bis mercedẽ q te ĩ iuriis ꝛ diuitiis affligũt. Quod ẽt cũ ille cõpleſſet dic ei magiſter ſuus. Ueni mõ ꝛ ĩgredere athenieſũ ciuitatẽ: vt illic ſapiẽtiã poſſis diſcere. Erat ãt ibi qda ſenex ſapiẽtia ſtudioſus .ꝛ ſedebat ad portã oẽſc̃ꝫ ĩgredientes expiẽdi cauſa diuitiis affligebat.q cũ idez iuueni illic ĩgrediẽti faceret:ille exorto cachinno riſit. Cui ſenex ait. Quid ẽ hoc qỏ agis .ego te iniurio:ꝛ tu rides ? Cui iuuenis ait. Et nõ vis vt rideam.cũ trib⁹ ānis mercedẽ dederĩ vt hoc paterer quod hodie a te gratis patior? Tũc ſenex dixit ei. Ingredere ergo ciuitatez .qꝛ dignus es. Hoc autẽ ſolebat abbas Joãnes referre: ꝛ bis ipe addebat dicẽs. Hec eſt porta ỏi p quã patres noſtri p mltas tribulatiões ꝛ iniurias ingreſſi ſunt ciuitatem dei:

Quidam § lxxxi

frater requiſiuit ſenem dicẽs.Dic mihi paꝛ vnã rẽ:quã cuſtodiã:ꝛ ſaluer p eã. Rñdit ei ſenex.ſi potueris iniuriari. ꝛ affici diuitiis.ꝛ portare ac tacere. magna ẽ hec res ꝛ ſuper alia mandata.

Interroganti §lxxxii.

bus quibuſdã fratrib⁹ abbatẽ Moyſen ſermonem ille hortat⁹ ẽ diſcipulus ſuum Zachariaz: vt eis aliquid diceret. Tunc ille pallium ſuũ depoſuit ſubtus pedes ſuos.ꝛ cõculcauit illud ꝛ dixit. Niſi q ſic fuerit conculcat⁹:monachus eẽ non poteſt.

Dicebat ab §lxxxiii

bas Machari⁹. Ille ver⁹ ẽ monach⁹.qui ſe ĩ oĩb⁹ vicit. Nã ſi qs aliũ arguẽs.ad iracũdiã mouet̃ ꝓpriã paſſionẽ implet. Nec enim vt alterꝫ ſaluet.ſeip̃m debet perdere.

Quẽdaꝫ fra §lxxxiiii

trẽ ſub p̃ſentia abbatis Antonii alii frẽs collaudabãt:ſed cũ tẽptaſſet cũ ſenex:reperit q̃ nõ ſufferre iniuriaꝫ. Et dixit ei ſenex. Tu quidẽ fraꝫ ſimilis es edificio. qỏ q̃ꝫ habeat ĩgreſſum ornatum per poſtia tamen a latronibus expugnatur.

Quidã fra §. lxxxv

ter regſiuit abbatẽ Iſaac dicens. Abba. q̃re te ita demones timẽt? Rñdit ſenex. Exquo fact⁹ ſũ monach⁹:ſtatui apud me vt iracũdia me foris guttur meum nõ procederet:ꝛ ideo timẽt me demones.

Cũ veniſſent §.lxxxvi

quidã ỏ patrib⁹ ad abbatẽ Achillem: vidit euꝫ ſanguinẽ expuẽtez. Et regſiuit gd ẽſſet. At ille reſpõdit. Sermo erat frĩs q me cõtriſtauerat:ꝛ repugnaui vt nõ illũ dicerẽ:ſed petiui dñz vt tolleret̃ a me:ꝛ factus ẽ ille ſmo ſanguis in ore meo:ꝛ p⁹ q̃ꝫ expui:requieui.Sed ꝛ ipſam triſticiam ꝛ ſermonem illum oblitus ſum.

Quidaꝫ fra §lxxxvii

tres venerũt ad quẽdã ſcm̃ ſenẽ ſedẽtem i ſolitudine:ꝛ iuenerũt iſantes pecora paſcẽtes.ꝛ aliquotiẽs int̃ ſe loquẽtes verba turpia.Poſt̃ꝫ aũt de ſingulis cogitationibus requirentes a ſene acceperũt rñſum

dicũt ei. Quẽadmodũ potes sustinere ab ba voces ifantiũ istoꝝ. ⁊ nõ ꝓcipis eis vt nõ ita vociferẽtur? Et dicit eis senex. Jn ꝟitate fratres plurios dies hũit cogitatõ mea. volens illis aliqd dicere. sz redargui memetipz: reputãs mibi. Si paꝝ boc ñ porto. qũo si maior mibi tentatio aduenerit portabo? Et ideo illis nibil dico: vt fiet mi bi cõsuetudo portandi. Jtẽ dixit. Siqs lin guaz suã ñ tenuerit in tẽpore ire nec passi onẽ carnis sue aliquando poterit cõtinere

Abbas Joã §lxxviii

nes dũ sederet iter fratres. ⁊ singuli eũ ꝺ proꝑijs cogitationibus ingrerent: atq; ille respõsũ oĩb⁹ daret: qdã senex ex inuidia dicit ei. Sic est bic Joannes. qũo mulier meretrix ornãs semetipaz vt cõgreget si bi amatores. Cui abbas Joannes ait. Ue rũ dicis abba: ⁊ nõ ẽ aliter. nã ⁊ ꝟ ipsũ de⁹ tibi reuelauit. Respõdit illi itex ille senex dicens. Nã ⁊ vas tuuz Joannes veneno plenũ ẽ. At Joannes ait illi. Sic ẽ Abba vt dixisti. ⁊ boc dicis: qz illa tm̃modo q̃ de foris sunt vides: si ea que intrĩsecus sũt vi deres quãtoplus haberes qꝺ diceres. Et post hoc quidã ex discipulis ei⁹ dicit ei. nõ es conturbatus abba in ꝟbo senis huius cui ille rñdit. ñ. sz sic sũ de foris ita sũ ꝺ'int⁹

Eratquidam §x

senex in Egypto ⁊ anteq̃z veniret illuc ab ba ꝓeme. grãdẽ venerationẽ hẽbat ab oĩbus. Cũ ãt abba poemẽ de scithia illuc subisset: multi relicto illo sene veniebant ad hũc. ⁊ ꝓp ea cepit illi iuidere ⁊ ꝺtrabere Quod audiẽs abba poemẽ cõtristat⁹ ẽ: et dicit fratrib⁹ suis. Quid facim⁹ qz ĩ tribula tiõez miserũt nos boies. vt illũ senẽ tã san ctuz reliquerẽt ⁊ nos q nibil sum⁹ respice rent Quõ sanabim⁹ hunc virũ magnũ. ve nite ergo faciam⁹ paucas escas ⁊ portan tes ꝓgamus ad eũ: ⁊ paꝝ vini. ac parit cuz eo gustem⁹: forsitã in ꝟ possum⁹ aĩam eius placare. ꝓfecti g̃ pulsauerũt ostiũ eius audiẽs ꝟo discipul⁹ illius senis dixit. Qui estis? At illi dixerũt. Dic abbati tuo quo/ niã poemẽ venit vt benedicat ab eo. Qꝺ cũ ille per discipulũ suũ audisset rñdit ad eũ. Uade ꝟbĩc ñ eniz mibi vacat. Jlli tñ restiterũt in isto dicentes qa nõ binc discedim⁹ nisi digni fuerim⁹ adorare eũ. Quoꝝ cũ ille humilitatẽ ⁊ patiẽtiã ꝓuidisset ꝺpũctus apuit ostiũ: ⁊ osculãtes seinuicez gn/ stauerũt pariter. Dicit g̃ eis ipe senex. Jn/ ueritate nõ sunt ea sola q̃ audiui. sed ⁊ cen tupla opera vidi in vobis. Et ab illo die amicus carissimus factus ẽ ei.

Abbas Adu §xc

tues aliqñ edificauit sibi cellulam in loco qui dicit Eracleona. Et dũ ibi a mltis mo lestaretur. alterũ locũ introgressus ẽ ⁊ si/ militer etiã ibi cõstruxit bitaculũ. Sz per insidias diaboli quidã frater iuẽt⁹ ẽ ibi: q ꝓ inuidiã sẽp irã cũ eo habuit. pp qꝺ furre xit inde. ⁊ ad ꝓꝺuz reuersus ẽ vicũ. ⁊ fe cit sibi illic quoq; cellulaz: ⁊ reclusit se ĩ eã Post tps aũt aliquãtũ ꝺgregati sũt senes de illo loco vñ egressus ẽ. Deducentes se/ cũ illũ fratrẽ cũ quo habuit litẽ: quatenus rogarẽt eũ vt rediret ad cellã suã. Postq̃z autẽ in vicinũ locũ venerut: tã melotes su as q̃z illũ fratrez ibidẽ vereliquerũt. Jpsi ꝟo ꝓfecti sũt ad senẽ. Et pulsãtib⁹ illis. ap ta fenestra respexit eos. ⁊ cognouit ⁊ dic.t eis. Ubi sũt melotes vre? At illi respõde runt. Ecce bic in vicino sũt vna cũ fratre illo. q tecũ irã babebat. Hoc postq̃z senex audiust ⁊ illos cognouit. pre gaudio ostiuz p qꝺ ingressus fuerat. cũ securi cõfregit: ⁊ egressus cucurrit vsqz ad locũ vbi erat il/ le frater: ⁊ cepit ipse ꝓ penitẽtiã apud eũ agere. ⁊ amplexatus ẽ eũ. Et introduxit illos in cellam suam. ⁊ per tres dies con/ uiuatus ẽ cum eis: qui nunq̃z hẽbat ꝺsue tudinem vt ieiunium solueret. Et postea surrexit ⁊ ꝓfect⁹ est cũ illis:

Abbas agathon §xci

solebat dicere. Nunq̃z litem babens cum aliquo dormiui. sed nec permisi aliquẽ me cũ litẽ bñtẽ dormire. q̃z tũ ad ꝟtutẽ meam ptinuit: nisi pri⁹ cũ illo i pace reuerteretur.

Erant duo se §xcii

nes in vna cella pariter sedentes. ⁊ nunq̄ iter se vel qualēcūq3 parū in contētione habuerūt. Dicit ergo vnus ad alterū. Faciamus vel nos vnam litē. sicut ⁊ alii homines. At ille alter dixit ei. Nescio quēadmodū fit lis. Dicit ei ille. Ecce ego pono laterem in medio. ⁊ dico q2 me⁹ ē. ⁊ tu dic quia nō est tuus: sed meus: ⁊ ex hoc fit cōtentio ⁊ rixa. Et cum posuissent laterem in medio. dicente vno quia me⁹ est: ille alter primo respondebat. ego meum esse spero Cum ille alter iterum diceret nō est tuus sed meus. Tunc ille respondit. Et si tuus est tolle illuz. Quo dicto nō inuenerunt quemadmodū litigarent.

Quodam §xciii

tempore orante beato Macario abbate vox ad eum personuit dicēs. Macari nec duz ad mensurā duaꝝ mulierū peruenisti: que in prima hītāt ciuitate. Quo audito. senex exurgēs arrepto bacculo. i designatā peruenit ciuitatē. cūq3 ostium q̄site domus atq3 iuente pulsaret: egressa vna ex illis cū magna exultatiōe eū suscepit. Quas vtrasq3 senex cōuocatas ita est allocut⁹. pp vos tm̄ laborez veniens ex solitudine longinqua sustineo vt opera vestra cognoscerem que mihi vos condecet enarare. Cui ille sic dixerunt. Crede nobis sāctissime p̄: quia nec presenti nocte a maritorum lectulis fuim⁹ separate. Qualia ergo opa nobis exquiris? Sed senex i ꝑcibus psistebat vt ei vite sue ordinez declararēt. Cui tūc ille ꝓpulse dixerūt. Nos nulla inter nos sum⁹ cōsāguinitatis affinitate cōiuncte. Contigit aūt vt duob⁹ fratribus iungeremur. ⁊ cū his quidecī ānis in domo vna pīter pmanētes: neq3 turpe verbū altera dixit ad alterā. neq3 litē alicui cōmisim⁹. sz i pace hactenus vixim⁹ ⁊ consensu tractauim⁹: quatenꝰ pariter relictis maritis. i congregatiōe religiosaꝝ virginū ꝓficisceremur: ⁊ multis ꝑcibus hoc a cōiugib⁹ nr̄is valuim⁹ obtinere Quo non adepto. inter nos ⁊ deū posuimus testamētuz. vt vsq3 ad mortē nr̄am seculare ꝓbuz nō loqueremur omnino. Que cū audisset beatus Macharius dixit. In ꝓvitate non est virgo neq3 maritata: neq3 monachus neq3 secularis sed deus tantum ꝓpositū querit. ⁊ spirituz vite omnibus ministrat.

Frater quidā §xciiii

erat i congregatione inquietus. ⁊ frequenter mouebatur ad irā. Dicit in seipso. Vado ⁊ solus habito in aliquo loco. ⁊ cum nō habeo cum quo dicam vel audiā: ero getus: ⁊ quiescit a me passio ire. Egrediēs ḡ manebat in spelunca solus. Una autem die iplēs sibi suriscula aque: posuit sibi in terrā. Contingit aūt vt subito ꝓsaret. Ille ꝓvo iplebat secūdo. Et itez versa ē. Dei de tertio iplens posuit. Et iteruz ꝓsa est. Qui cmotus furoze tenuit vasculū ⁊ fregit. In se aūt reuersus cognouit qa ab eo dē demone iracūdie sit illusus: ⁊ dixit. Ecce ⁊ solus sū ⁊ vicit me. Reuertar ḡ in cōgregationem qa vtiq3 labore ⁊ patientia op⁹ est: maxime dei adiutoriū. Et exurgens reuersus est in locum suum.

Beatus macha §xv

ri⁹ ō semetipso referebat dicēs. Dū essem iuuenis ⁊ tm̄ i cella residerē: iuit ū me tenētes clericū ordinauerūt i vico. Cū aūt ibi essez nolēs sed i solitudinē refugissē: ⁊ quidā mihi sc̄laris ope meo vēdito ministraret otigit quādā ꝓginē pstupꝝ vētris on⁹ accipere. Que dū a parētib⁹ a q̄ fuisset cō ꝑssa regrīt. Dicit illa. Anachoreta ille nr̄ B i me scelus ꝓpetrauit. Egressi ḡ parentes puelle ꝓpbēdētes me: suspēderūt meo colio vasa fictilia ⁊ p singl̄as semitas circunducebāt me cede mactātes. atq3 isup his vocib⁹ vna cū cachino īsultātes hic mōach⁹ filie nre vim intulit. Cūq3 me vsq3 ad necē fustib⁹ pene mactasset: qdā ex seniorib⁹ dixit. Usq3q̄ hūc pegrinū mōachū cedendo? ītficitis. Sz⁹ ⁊ rubore fuso iniurias irrogabāt dicētes. Ecce qd fecit ḥ tu⁹ icūs cui tu tesīoniū ꝓhibebas pa

rentes ãt puelle dixerunt:nulla bunc rõe dimittim⁹:nisi ꝑ alimẽtis puelle ꝑstandis aliqs ꝑ ipso satisfactor accesserit. Quod dũ ministrãti mibi vt faceret innuisse:iter posita me sua fide suscepit. Jtaqz regressus ad cellulã.quantascũqz inueni sportellas ei cõtribuebã.qbus venditis: victum mibi cõiugiqz mee ministraret. Dicebã aũt Ecce Machari inueniſti tibi vxorẽ:necesse est ergo amplius opari. vt eã valeas enutrire. Et tã dieb⁹ q̃ noctib⁹ opabar. vt ei victũ ministrarẽ. Sciebã.n.qz deꝰ iudex ⁊ testis ẽ in oibus. Sed qñ illi tẽpus pariẽdi aduenit. diebus plurimis magnis stridoribus cruciata parere nõ potuit. Que qd rei eẽt:ab obstetricibus regritur. Jlla vo respondit. Quia anachorete illi cãm ñ habenti:crimẽ iposui. Naz me iuuenis vicinus noster ille cõpressit. quod cũ ille q mibi ministrabat audisset: gaudio repletus. festinus aduenit dicẽs. infelicẽ illã puellã prius q̃ fateretur. qꝑ tibi calũniaz frustra contexuit parere nullatenus potuisse vociferans:sz ⁊ oẽs vicinos postulans venire. ⁊ ad te missi veniã a te postulare. Que ego cognoscens. ne me ipsi homines molestarent. festinus abscendens in scithi pueni:⁊ bec est causa nri ad ista loca aduẽtus.

Quidam fra § xcvi

ter requisiuit abbatẽ ꝓoemenem dicens Quid faciã pater. qm̃ cõturboꝛ a tristicia? Dicit ei senex. Neminẽ ꝑ nibilo despicias nullum condemnes nulli detrabas ⁊ dabit tibi dominus requiem.

Dicebat abba § xcvii

ꝓoemen de abbate Jsidoro. qz solus ipse cognouisset. Nã quotiens illi cogitatio sua dicebat. quia magn⁹ es:tũc ⁊ ipse respondebat ad se. nunquid talis sum qualis Antonius. aut certe abba ꝓãbo: vel reliqui patres: qui ẽo placuerũt? Quotiẽs ꝝ hec cogitabat: regescebat. Qñ vero inimicus cõturbãs eũ suggerebat ei desperationẽ. ⁊ penas dicens qm̃ post hec oia iturus es i tor̃ta. Dicebat itez ipe. qz q̃uis ego i tormẽta mittar tm̃ vos subt⁹ me iuenio.

Abbati Moy § xcviii

si frequẽter apparuerũt spiritus mali vicentes. ꝓeualuisti nobis Moyses. ⁊ nibil tibi possumus facere: ⁊ quotiẽs te in ꝺ sperationẽ humiliare volumus exaltaris. quotiẽs autem exaltare ita te humilias. vt nullus de nobis accedat ad te.

Cum quidam § xcix

abbatẽ Syson frequẽter talez sermonẽ requireret: quid faciã pater qm̃ cecidi: respondit surge. At ille respõdit. Exurrexi Et iterũ se cecidisse confessus est. Ait senex. Et iterũ surge. Cũ autẽ frater frequẽter se surrexisse: ⁊ frequenter se cecidisse narraret eodẽ sermone senex vtebat̃. exclamãs. Non cesses exurgere fili. Cui frater. Usqz quo possũ surgere pat̃ explana. Tunc senex ait. Quousqz aut i bono opere aut in malo deprebẽsus occumbas. Jn quo enim opere homo deꝑbensus fuerit i eo iudicabitur.

Quidam senex §.c

tẽptabatur a cogitationibus grauiter ꝑ annos decẽ. ita vt iã desperaret dicẽs pdidi iam animã meã: si quatenus semel peri iam reuertar ad seculũ. Cũ autẽ proficisceretur. venit ad eũ vox dicens. Decẽ anni i quibus certasti corone tue erũt. Reuertere ergo in locũ tuũ. ⁊ ab oi mala cogitatiõe libero te. Et statiz regressus permansit in incepto ope. Nõ est ergo bonuz despare se quẽq̃ ꝓp cogitationes. Jlle.n. magis nobis coronã prouident si vtiliter eas pertractantes transierimus.

Quodaztempo § ci

re abbas Antoni⁹: dũ resideret in beremo spiritu temptat⁹ accidie dicebat ad deuz Dñe saluari ꝺsidero: sz cogitationes varie nõ me pmittũt. Quid faciã i tribulatione mea vl̃ qũo saluari valeã. dignant oñde? Et p⁹ paululũ surgẽs quẽdaz sibi similẽ ꝺspicat̃. sedẽtẽ torquẽtẽ funiculũ: ⁊ surgẽ

tē.ex.opere ꝛ oratē. Erat aūt ad emendationē angelus Antōii destinat⁹: A quo etiam būc sermonē audiuit. Et tu ita faciens Antōi: saluaberis. At ille sūmo gaudio cumulatus .accepta confidētia: saluabatur

Quidam fra §.cii

ter requisiuit senem: dicēs. Quid faciā p̄r. qm̄ nulla opera facio monachi: sed i negligētia constitut⁹ comedo ꝛ bibo ꝛ dormio: ꝛ de hora i horā transgredior. de cogitatione in cogitationē. ꝛ propterea contristor ꝛ deficio? Cui senex ait. Tu sede i cella tua ꝛ fac quod potes sine p̄turbatione animi: ꝛ confido in deum. quia qui sedet in cella sua propter deum: inuenitur in loco illo vbi est Abbas Antonius.

Alter frater re §.ciii

quisiuit abbatem Achillē dicens. Cur sedens in cella mea patior accidiā? Cui senex ait. Quia nec dum vidisti requiē fili. quaz speram⁹ neqz tormēta q̄ timem⁹. Si enim ea diligenter inspiceres etiam si vermibus plena esset cella tua vsqz ad collū tu tm̄ in ipsa iaceres sine accidia.

Quidam frater §.ciiii

abbatez Antoniū requisiuit dicēs. Quid obseruādo deo placebo. Respōdit senex. Quod demādo tibi custodi. Quocūqz vadis. deuz semper habeto p̄ oculis tuis: ꝛ quodcūqz opus exerces. sume ex diuinis scripturis exempla: ꝛ in quocūqz loco resederis .ne inde citius mouearis sz patiēter in eodem loco consiste. Nec enim tria custodiens: saluus efficieris.

Quidam frater §.cv

cū expetisset sermonē abbatē Moysen. dicit ei senex. Uade ꝛ sede i cella tua. Cella aūt tua omnia te potest instruere: si ibi permanseris. Sicut enim piscis ex aqua educt⁹ statim morit. ita ꝛ monachus perit si foris cella sua voluerit tardare.

Quidaz frater §.cvi

regsiuit abbatez Poemenē. Si melius ē remoti⁹ an cū aliis māere. Rndit senex. hō si seip̄m rep̄bendit: vbi pōt p̄sistere. Si aūt se magnificat nusq̄ stat. sicut scriptū ē g se existimat aligd esse cū nihil sit. ipse se seducit. Quicqd.n̄. boni fecerit homo ne exultet in eo: quia mox perdet illud.

Aliquando venit §.cvii

ad abbatez Zēonē i Syriā aligs fr egyptius ꝛ cepit cogitationes ꝑprias acculare. p̄ite sene. Ille aūt admirat⁹ dixit. Egyptii ꝟtutes q̄s habēt: celāt. ꝛ vicia q̄ nō bnt: manifestāt. Siri aūt ꝛ greci. ꝟtutes quas nō bnt: p̄dicant. ꝛ vicia que bnt abscondunt.

Quidam senex §.cviii

dixit. Qui ab hoīb⁹ āpli⁹ honorat aut laudatur. ñ paruū aie damnū patit. q aūt penitus ab hoīb⁹ ñ honorat: de sup gloriam a deo accipiet. Idem dixit. Fieri n pōt. vt simℓ ꝛ herba nascat ꝛ semē. Ita ipossibile ē vt laudē gloriā secularīū bnītes: simℓ etiā ꝛ fructuz faciam⁹ celestē. Idē dixit. Sic thesaurus māifest⁹ minuet: ita ꝛ ꝟtus deperit publicata. Nā sic cera a facie ignis soluit. ita ꝛ aia p laudez resoluta: perit ab itentiōe sua. Idē dixit. Qñ cogitatio vane gℓie vℓ supbie te ipugnat: pscrutare teipz si oia dei mādata seruasti: si inimicos tuos diligis: si gaudes i gℓia inimici tui ꝛ ntrista ris i deiectiōe ei⁹: si apud te babes: qm̄ ꝟuus inutilis sū. ꝛ plus oīb⁹ hoīb⁹ peccās: ꝛ neqz tunc tm̄ aliquid grande sapias tāq̄z aliquid boni feceris: sciens q̄ clata cogitatio omnia illa bona dissoluit.

Quidam senex §.cix

cū vēisset ad aliū senē: dicit ei. Ego iā mortuus sū seculo huic. At ille alter rndit. Ne ofidas i teip̄m: dōec egrediaris ō corpe h̄. Nam ꝛ si tu dicas quoniam mortu⁹ sū. diabolus tamē necdum est mortuus. cuius innumerabilia sunt artis mala.

Dicebant de quo §.cx

dā sene ga fecerit gnāgita annos. nec pa/

nē comedēs:nec facile aquā bibēs . Et dicebat:qz extīxi fornicationē. z auaritiā. z vanā gl'iam. Et vēiēs ad eū abbas Abrahā.audiēs qp ḥ dixisset:dicit ei. Tu dixisti būc ꝓmonē? Et ille rñdit. Etiā. Et dixit ei abbas Abrahā. Ecce ītras ī cellā tuā z iuēiēs sup mattā tuā mulierē potes ñ cogitare qz mulier ē. Et ait. Nō sz repugno cogitatiōi mee: vt ñ tāgā illaz. Dic ei abbas Abrahā. Ecce ñ īterfeciſti fornicatiōez.qz viuit passio ipa:sz alligata ē. Jtez si ambulas ī via z vides lapides z testas vasoz. z iter ipas iacēs auz potes mēte tua auruz qđ vides velut lapides reputare . Et rñdit. Nō.sz resisto cogitatiōi mee: ne colligā illud. Et dicit ei Abrahā. Ecce ģ viuit passio.sz alligata ē. Et dixit iteruz abbas Abrahā. Si audieris de duob⁹ frībus.qz vn⁹ diligit te z bona loquit̄ de te:ali⁹ aūt odit z ꝺtrahit tibi.z venerit ad te vterqz: equaliter suscipis? Et dixit. Nō. sz extorqueo aīo meo: vt sit'r bñfaciā ei q me odit sic̄ z illi q diligit me. Et dixit ei Abrahaz. Uiuunt ergo passiones:sz tm̄modo a sanctis viris quodāmodo ligantur.

Quidā senex habi § cxi

tabat ī iferiorib⁹ ptib⁹ hereī.z sedebat gescēs: vn⁹ aūt secularis religiosus ministrabat ei. Cōtigit aūt vt fili⁹ secularis illi⁹ ifirmaret̄. Multis ģ p̄cib⁹ postulabat senez . vt vēiret ī domū suā: z faceret oronē pro ifāte. Exurgēs aūt senex ābulabat cū eo. Jlle aūt p̄cessit z igressus ī domū suā dixit. Uēite i occursū anachorete. Quos cū vidisz ꝺ lōge egressos cū lāpadib⁹ sēsit qp ad se vēirēt. Despoliās itaqz se vestimēta sua misit ī flumē.z cepit ea lauare.stās nudus. Jlle aūt q ministrabat ei: erubuit et rogauit boies dicēs. Reuertimini: senex enim nr̄ sēsū pdidit. Et vēiēs ad eū: ait illi. Abba ad qd ḥ feciſti? Omnes enim qui te viderūt: dixerūt . qa demonē habet senex. Cui ille. Et ego hec volebam audire.

Cum quidam § cxii

iudex puīcie abbatē Moysen vellet adorare: audiēs ille fugiebat ꝺ loco suo Et cū obuiā forte illi fuisz.regsiuit iudex ab eo dicēs. Dic nobis. vbi ē cella abbatis Moysi? At ille rñdit. Quid illū vultis vidē. hominē stultū z hereticū . Qꝺ cū audisz iudex vēiēs ad ecclīā:rettulit clericis dicēs Ego qdē diuersa audiēs ꝺ abbate Moyse. volui ab eo bñdici:sz qdā vēiēs mihi obuiā mōach⁹ rettulit de eo qp eēt heretic⁹. Qꝺ cū audisset clerici: ꝺtristati sūt.z ceperūt īterrogare eū qual'eēt mōach⁹ ille.qꝺ ei dixisset. Jlle aūt rñdit. Senex erat z vetrimis īdut⁹ vestimētis. lōg⁹ z niger. Et tūc cognoscens ex reuelatiōe eoz.qz ipe cēt moyses:satis miratus discessit.

Abbas Syso § cxiii

ius cū hītarz ī mōte ī q̄ erat beat⁹ Antōi⁹ reclusus:qdā sect'aris ad eū cū filio ꝓpio pcipiēde bñdictionis gr̄a ꝓperabat. Cōtigit aūt vt ifās morer̄ ī via. Que p̄ sine vlla pturbatiōe mētis sublatū cū fiꝺ portauit ad senē.igressusq cellulā:tā se q̄ ifā tē ꝓiecit ī t'rā. vt ē moris postulātiū bñditionē. Orōe āt expleta exurgēs p̄ egress⁹ ē:filii corpusc'o ꝺrelicto'añ pedes abbatis Que cū ad huc senex orādi cā iacē sparet: surge igt fili z egredē:ꝺfūctū.n.eē nescie bat. Cōfestiq puer exurgēs egress⁹ ē. Cū q vidisz p̄ ei⁹:obstupuit.regressusqz ī cellulā adorato sene:tā cāz filii q luctū cū fiꝺ narrauit. Sz senex valꝺ melt⁹ effect⁹ē.nō eni a se qcq tale volebat audiri factū. Sz per discipulū suum homini illi ne cuiq ad transitum sunz hoc diceret imperauit.

Cum quidaz § cxiiii

in ecclesiaz secularis veniens ab inmundo spiritu teneretur.z cum omnes orationez fecissent.z nullatenus spiritus immundus ab eo egrederetur: dicunt ergo inter se frēs. Quid possum⁹ huic spūi facē? Nemo pōt illū excutē nisi abbas Besariō. Sz si dixerim⁹ ḥ:ille nec ad ecclīaz acqescit vēire. Sz faciam⁹ talit̄.qm̄ añ oēs solet ad ecclesiā vēire:hūc q patit̄ faciam⁹ sedē. z postea dicam⁹ abbati. Abba suscita hūc dormiētē. Fecerūt ita. Et vēiēte abbate Besarione:steterunt omnes in oratione.z dicūt ei. Abba suscita etiā istuz dormiētem. Jlle aūt excitauit eum dicens. Surge

regredere foras. Et mox ab eo egressus ē spūs imūdus ꝛ sanꝰ effectꝰ ē ex illa hora

Erat quidazba §.cxv

bēs filiū paliticū i egypto ꝛ attulit eū i cel lā bti Besarionis abbatis: ꝛ relict eū sup ostiū plorātē: ꝛ discessit lōge. Cepit ꝯ ifās flere. Cū aūt senex p fenestrā vidisset eū di xit. Quis te huc ꝺtulit fili? Cui ifās rndit. ꝓr meꝰ ꝺtulit me: ꝛ ipe discessit: cui senex dixit. Surge ꝛ adiūgere illi. Et mox sanꝰ effectus surrexit: ꝛ puenit ad prem suum.

Dixit abbas §.cxvi

mutues. Quātū bō ꝺo approximauerit: tm se pctōrē videbit. Esaias.n. ꝓpha videns dnz: miserz se ꝛ imūdū vocauit. Nos ꝯ nō simꝰ hic sine sollicitudie. Dic.n. scriptura. Qui stat: videat ne cadat. In icerto ꝯ na uigamꝰ in hō mūdo. Sz nos gdē q̄si i trāqllo mari nauigare videmur: sc̄ares ꝙo q̄si in piculosis locis. Nos q̄si i die sole iusticie il lustrati: illi ꝙo i ig̃rātia q̄si p noctē. Sz fre quēter ocīgit: vt sc̄aris i tenebrosa nocte nauigās ꝓpaz nauī saluet. nos aūt dū i trā qllo nauigamus: sepiꝰ ex ipa securitate ne gligimꝰ: ꝛ ꝑmū hūilitatis gubernac̄m re linq̄ntes: sepe pic̄losa naufragia patimur. Sic̄.n. ipossibile ē nauī firmā fieri sine cla uis: ita ipossibile ē boīez sine hūilitate sal uari. Jdē dixit. Hūilitas nec ipa irascitur: nec alios pmittit irasci. Jdē dixit. Humili tas ē si quādo peccauerit in te frat tuus: anteq̄z peniteat ille indulseris ei.

Abbas macha §.cxvii

riꝰ: dū diluc̄o palmax folia portās ad cel lā suā reuerteret occurrit ei diabolꝰ cū fal ce pacuta: volensq̄z eū pcutere n̄ valebat. Qui exclamās dixit. Magnā a te viz pa tior o machari: q cū te cupio nocere nō va leo. dū te q̄cūq̄z facis. ego magis exupe rē. Tu ꝯ ieiunas iterduz: ego nullo vnq̄z cibo reficior. Tu sepe vigilas: me vero so por nūq̄z oppressit: Sed in vna re me vin cis ipse pfiteor. Cū ab eo rem ipaz beatꝰ machar⁹ requisset hūilitas tua dixit so/ la me, vicit. Hec dicēte inimico: ꝛ extēdēte btō machario manus suas ad orationem: spiritus imundus inter auras euanuit.

Quēdam ex § cxviii

senibꝰ monachox beremita gdam spū ma lo correptꝰ ꝛ spumās fortiter in maxillam pcussit. Senex aūt pbuit illi alterā maxil la: vt feriret. Diabolus aūt n̄ sufferēs icē/ dium hūilitatis eius statim discessit.

Quidam ex pa § cxix

tribꝰ dicebat. Dis labor monachi sine hu militate vanus ē: Hūilitas enī pcursor est caritatis. Sicut Johs erat precursor ihu. oēs trahens ad cuz: ita ꝛ hūilitas attrahit ad caritatē. i. ad ipz deū. qz ꝺus caritas ē.

Quodam tempo § cxx

re abbas machariꝰ duz ad mōtez Nitrie ascēderet: discipulo suo vt paxꝑceederet i perauit. Qui cū ante illū piret: obuiā būit quēdam sacerdotē idolox. cursu ꝺcito ve nientez ꝛ lignū grāde portantē. Cui exclā mans ait. Quo curris demō? At ille iratꝰ tantis eum plagis affecit. vt exanimē pe ne relinq̄ret. Et relicto eo sacerdos idolo ruz itex currebat: ꝓgressusq̄z paxobuia/ uit btō machario. Qui ait ad euz. Salue ris liberatox salueris. At ille admiratꝰ re/ spōdit. Quid i me boni ꝺspexisti: vt me ita salutares? Cui senex ait: qa vidi te laborā tē. ꝛ curris ignorant. Cui sacerdos dixit. Et ego salutatiōe tua ꝺpūctꝰ magnū ꝺuū ꝺi te coḡui. Nā alter nescio qs mirabilis mōachꝰ occurrēs mibi iiurias fecit: sed ꝛ ego plagas illi ꝓ ꝝbis iposui. Tūc appbē dens pedes bti machariu clamabat dicēs. Nisi me monachū feceris nō ꝺsistā. Per gēteq̄z parit veuerūt ad locuz vbi cesus fr iacebat. Quē. vtriq̄z tollētes: qm̄ ḡdi n̄ poterat: manibꝰ i eccl̄iaz ꝓtulerūt. Cū āt fres vidisset sacerdotē illū btm̄ machariū comitātē: stupefacti cū admiratiōe mōa/ chū cuz pficiūt: ac mlti pp illū ex paganis facti sūt xpiani. Dicebat ꝯ abbas machariꝰ ga ꝑmo supbus ꝛ malus etiā bonos viros

conuertit ad mālum:sermo ꝝo humilis ⁊ bonus etiam malos mutat in melius.

Sepe dicebat §. cxxi

beatus Anthonius.nisi pistor mole octos operiret mercedē suam recipiēs:ipse consumeret. Jta ⁊ nos p dei dispensationē tegumen accipim⁹: vt ea que operamur bona non valeam⁹ attendere:ne nosipsi beatificantes possim⁹ extolli:⁊ mercedez propriam amittem⁹. Nam ⁊ ob hoc quādo relinqmur ī sordidis cogitationib⁹: nec esse ē vt hoc tantūmodo ꝓuideamus: vt nosipos ⁊ nostram sententiā cōdēnemus:⁊ eaque sūt in nobis sordida.illud paruū bonū opus nostrum ī nobis obscuret. Nūquaz enim homo bonus est:etiā si bonus eē videret:nisi deus habitauerit in ipo:qa nemo bonus nisi solus deus. Oportet ergo vt nosipos sēp incusem⁹.Qñ enim se qsqz reprehendit:mercedez ꝓpriā non amittit. Jtem beatus Anthoni⁹ rettulit se vidisse omnes laqueos inimici:super vniuersam terram extētos. Et cū suspirans dixisset: quis bos poterit trāsire:/ vocē ad se dicētē audiuit.humilitas sola ptrāsit antoni: quā nullo modo valēt superbi cōtingere. Jtē beat⁹ antonius duz ī cella propria oraret: venit ad eū vox dicens. Antoni.nondum perueneisti ad mensurā coriarij qui ē in alexādria. Quo audito senex surgēs mane arrepto baculo ī ciuitatē alexandriā festinus venit. Cūqz ad designatū hominē fuisset īgressus:ille viso tāto viro obstupuit. Cui senex dixit.ʼRefer mihi opa tua quia propter te relicto huc veni. Qui respondens ait. Nescio me aliquādo aliqd boni perpetrasse. Unde ex cubili ꝓprio mane cōsurgēs anteqz in opere meo residea dico q⁹ omnis hec ciuitas a minore vsqz ad maiorē īgrediūtur regnuz dei ꝓpt iustitias suas:ego aūt solus ꝓpter peccata mea penā heredito sempiternā. Quod verbuz añqz quiescā sero ex cordis mei recenseo veritate. Quod audiēs beat⁹ Antoni⁹: respondit. Jn ueritate fili sicut bon⁹ aurifex sedens ī domo tua cum requie regnū dei adeptus es: ego aūt velut sine discretiōe omne tempus meū in solitudine conuersatus:nec dū verbi tui assumpsi mensuram.

Quidam frater §.cxxii

requisiuit abbatē poemonē dicens. Quid ē pf̄ quod ait apostolus: Oīa munda mundis. At ille dixit ei. Si quis ad hunc fmonem poterit puenire vt eū intelligat. videbit se minorē esse toti⁹ creature. Cui frat. Et quō possum me minorez videre ab eo q homicida ē:/ ʼRñdit senex. Si potuerit homo ad hunc fmonē apostoli peruenire: ⁊ viderit hominē q forte occidit aliuz: dic ī semetipo: Jste quidē hic solum peccatuz fecit.:ego aūt oīboza homicidiū cōmitato me ipm peccando interficiens. Et cū frat requireret:quō hoc possit fieri:/ ʼRñdit. Hec sola iustitia est boīs: vt semetipm reprehēdat. Tūc.n.iust⁹ ē cū sua pctā odēnat.

Dum sederent §.cxxiii

quidā fratres ꝓpe abbatem poemonem: vnus aliū quēdā frez laudauit dicēs. Bonus ē ille fr̄ qm̄ mala horret.cui senex ait. Et qd ē mala horrere:/ At ille nesciēs qd ei rñderet petebat dicēs.Dic mihi quid ē malum horrere:/ Cui senex ait. Jlle horret mala qui sua peccata horret: ⁊ omnem fratrem suum beatificat ⁊ diligit.

Quidam fra § cxxiiii

ter regsiuit abbatē poemonē dicēs. Quo mō pōt homo vitare ne loquat malū ō ꝓximo suo:/ ʼRespōdit senex. Ego ⁊ ꝓxim⁹ me⁹ due imagines sum⁹. Cum q meā imaginem reprehendero:inuenitur imago frīs mei apud me venerabilis. Quādo aūt me az laudauero:tunc frīs mei imaginē puaz respicio. Tunc q de alio non directo:si sē per meipm reprehendo:quia magnum virum despicit:qui seipm non considerat.

Dixit abbas §. cxxv

yperici⁹:qa sicut leo terribilis ē onagris. sic monach⁹ ꝓbatus:cogitationib⁹ occupi scētie. Dixit itex qō sup ieiuniuz frenū est

ieiunium velut equus feruens desiderio femine rapit. Dixit itez g supra. Siccatū ieiunio corp⁹ monachi: animā de profūdo eleuat: z siccat fistulas ōlectationū. Dixit itez qui supra. Castus monachus in terra honorabitur z in excelso coronabit. Dixit itez qui ō Monach⁹ qui non retinet linguaz suaz i tēpore furoris. neqz corporaliuz passionū retētor erit aliqū. Dixit itez qui supra. Bonum ē manducare carnē et bibere vinū: q̄s manducare carnes fratz Dixit itez g supra. Susurrans ꝑpēs enaz eiecit de paradiso. Huic g̃ similis est g proximo suo obloquit. ga audientis se animā perdit: z suā nō saluat. Dixit idem qui sup̄. Acta ē aliquādo festiuitas i scithi: z dederunt seni i calice vinū. Qui abiciens ait. Tollite a me mortē istā. Quod videntes alii g cū ipo edebāt: nec ipi biberunt. Alia vice allatū est vasculū vini de primitijs vt daret frib⁹ ad singulos calices. Introiēs autē quidā senex: z videns quia vinū acceperant fugit in criptā. Que cecidit. Et cū audissent sonum currētes inuenerūt frez semianimem iacentē: z ceperūt euz obiurgare dicentes. Bene tibi cōtigit: quia vanam gloriā habuisti. Abbas autē refrenās eum dixit. Dimitte filiū meum: bonū op⁹ fecit: z viuit dominus quia non reedificabitur cripta hec tēporib⁹ meis vt cognoscat mūd⁹ ga ꝓp calicē vini cecidit cripta.

Solebat di §. cxxvi

cere abbas ioannes paruā sarcinā dimisimus. i. nosipos rēprehendere. z graue portare elegim⁹. i. vt nos iustificem⁹ z alios cōdemnemus. Aliquādo fact⁹ est cōuentus in scithi: z loquebant pres ō quodā fratre culpabili: abbas aūt piox tacebat: postea autē surgēs egressus est tollens sacrū impleuit arena: z portauit in humeris suis. et mittēs in sportella modicū de hac barena portabat etiā ipsam in ante. Interrogat⁹ à patrib⁹ quid hoc eēt. Ille rndit. Saccus iste qui multū barene habet mea pctā sūt qm̄ multa sunt: z posui ea retro me: ne videā ꝓ ipis z plorem: ista aūt modica barena peccata sūt fratris isti⁹ z sunt ante faciem meā: z ipis excrutiox iudicās fratrem. Quod non oportet ita fieri: sed pctā mea ante me magis eē: z de ipis cogitare z rogare deū vt ignoscat mihi. Audiētes aūt patres dixerunt. Uere hec ē via salutis.

Uenit abbas §. cxxvii

isaac de thebaida in cōgregationē fratz: z vidit quēdam de fratribus culpabilez z adiudicauit eum. Cū autem regrederet ad heremū venit angelus dn̄i: z stetit ātē ostiū celle ei⁹ dicens. Non te dimitto intrare. Ille autē rogabat vt eius culpa manifestaret. Et rndens āgelus dixit. Deus misit me vt dicerem tibi. Ubi iubes vt mittaz illū frēm quē adiudicasti? Et statiz abbas isaac pniaz egit dicēs. Peccaui ignosce mihi. Et ait angelus. Surge. ignouit tibi de⁹ sed custodi decetero ne adiudices quēq̄ priusq̄ iudicet eum deus.

Cōtigit fratri §. cxxviii

cuidam culpa in cenobio z dum a ceteris increparet ad abbatez profect⁹ est anthonium. Et assecuti sunt eū fratres volētes eum reducere: ceperūtq; ei culpas exprobrare. Ille vero feciss̄e culpā denegabat. Inuentus est ibi abbas Papbuncius cui cognomen erat cephalus. qui talez rettulit in congregatione fratrum auditam parabolam. Uidi inquit in rippa fluminis hominem vsqz ad genua in limo dimersum: venientes autem vt eum porrecta manu extraherēt vsqz ad collum dimerserunt. Tūc beatus anthonius de beato papbuncio ait: Ecce hō qui ex vitate potest alias saluare. Quo fratres illius sermone compuncti agentes penitentiam: eum qui discesserat ad cenobiū reuocauerunt.

Dixit quidam § cxxix

de seniorib⁹. Si videris aliquem peccātem: ne mittas culpam in eum: sed in illuz qui impugnat eū apud temetipsuz dicēs. Ueh mihi: quia sicut iste nolēs victus est sic z ego hodie vel cras: z plange z inqui-

re dei solatium. Nemo enim vult pec
care sed omnes decipimur.

Quidam timo §cxxx

tbe⁹ anachoreta: negligentē frēm aliquē audiēs. interrogante ipi⁹ abbate: qd illi frī faceret: dedit cōsiliū vt cū expelleret. Cū ergo ille fuisset expulsus: tēptatio venit ad thimotheū. Et cū ploraret in cōspectu dei: et diceret miserere mei: vēit ad eū vox dicēs. Thimothee iō tibi hō venit. qa fratrez tuū i tpe sue temptationis despexisti.

Dicebant autē §cxxxi

qa narrauerit aliquis scōr patruz vidisse se q̄ttuor ordines i celo: quorū primus erat hominum infirmorum et grās agētiū deo: Secūdus ordo erat hospitalitatē sectātiū et instātium ministrātium eis. Tertius ordo in heremo cōuersantiū: et nō videtiū homines. Quart⁹ ordo erat: qui ad obedientiam spiritalib⁹ patrib⁹ se subiiciunt ꝓpt deuz. Utebatur ḡ ordo obediētiū torquē aureaz et maiorē gloriam q̄z alii habebāt. Ego autē dixi ei: qui mihi hec omnia ostēdebat. Quomodo iste ordo q paru⁹ ē maiorē gloriā habet q̄z alij ordines? Et respōdens dixit mihi. Quia q hospitalitatez sectant scōm propriā volūtatē idipm faciūt: similiter q in heremo se religāt arbitriose de seculo recesserūt. Hic aūt ordo qui se ad obediēdū dedit: omnes voluntates suas abiiciēs pendet ad deū et ad iussionem spūalis patris: ꝓpterea et maiorē gloriam habz. Quapropt̄ o fili: bona ē obediētia que ꝓpter deū fit. Intēdite ḡ fili: virtutis huius aliqd ex pte vestigiū. Obedientia salus ē oīuz: obediētia genitrix ē omniū virtutū: obediētia regni celoꝝ inuētrix est: obediē obediētia celos apit et hoīez de terra eleuat: obediētia cohabitatrix est angl'oꝝ: obediētia scōr oīum cibus ē. Ex hac. n. ablactati sūt et per hāc ad perfectionez puenerūt.

Quidam senex §cxxxii

dixit. Quia si quis frī suo inūxerit causā cū timore dei et cuz būilitate: ſmo ille qui ꝓpter deū fit. cōpellat fratrem suuz obedire et facere quod iniūctū ē ei. Si aūt obedire quis cupiēs non scōm timorez dei. sz ex auctoritate et ꝓpria volūtate fratri voluerit imperare: videt deus absconsa cordis et non illū ꝓmittit vt obediat impanti ne faciat quod illi preceptū est: quia manifestū est opus dei quod fit ꝓpter deum. et manifesta ē omnis auctoritas que p iactātiaz ordinatur. Quecunqz enī ex deo sūt a principio humilitatez habent: que autez ex auctoritate et iracūdia aut scurrilitate vel conturbatione ex diabolo sunt

Abbas siluan⁹ §cxxxiii

habebat discipulum nomine Marcuz: cuius obedientia erat magna et propterea senior diligebat eum. Habebat autem et alios vndecim discipulos: qui contristabantur: eo ꝙ illum plus diligeret. Quod postq̄z alij senes audierunt mesti venerūt ad eum vt ei renunciarent: quia fratres illi qui cum eo erant contristabantur. Sz anteq̄z illi aliquid faterentur: ipse cum illis ad singulorum cellas profectus est. Et vnunquēqz nomine proprio vocauit dicens. Egredere foras frater: quia opus te habeo. Et nullus ex illis voluit egredi. Uenerunt autem post omnes ad cellam marci: et cum pulsasset ostium vocauit nomen eius. Ille autem mox vt audiuit vocem senis foris egressus est. Et ingressus abba in cellā marci: quoniā scriptor erat. repperit quaternionez quem scribebat: et inuenit ꝙ in qua hora vocatus est: litterā quam faciebat mediam dereliquit. tantūmodo vt obedientiaz adimpleret. Noluit autē post auditam vocez senis litteraz o quaz ceperat p'percomplere. Unde illi alii senes dixerunt ei. In veritate quez tu diligis et nos iaz diligim⁹: quia et deus eum propter suam obedientiam diligit.

Senex §cxxxiiii

quidam solitarius habuit quendam ministruz manentem in possessione. Cōtigit autem semel: vt tardante ministro defice

rēt necessaria seni. Et cū tēp⁹i terciss̄et
t nō veniret minister ille defecerūt q̄ neces
saria habebat senex ad victuz: t qđ opera
retur manib⁹ suis. Qui cū affligeret. non
habēdo quod laboraret. neqz vīviueret:
dicit discipulo suo. Uis vt vadas ad possessionē illam. t voces nobis ministrū qui so
let nobis afferre que op⁹ sūt nobis Ille re
spondit. Qđ iubes: facio. Differebat aūt
senex non p̄sumēs mittere fratrem. Et
cum sustinerēt t tribularentur non venien
te ministro illo. dixit iterum senex ad disci
pulum suuz. Uis ire ad possessionem t ad
ducere eum? Et ille respondit. Quod vis:
facio. Timebat autem t discipulus ei⁹ de
scendere ad possessionem ne forte scanda
lizaretur aliunde: sed ne inobediens esset
patri suo: acquieuit abire. Dicit autez ei se
nex. Uade t credo ī deum patrum meox
quia ꝓteget te ab omni tēptatione. Et fa
cta oratione direxit eum. Ueniens autem
frater in possessionem: requisiuit vbi mā
ret minister ille. Et inuenit hospitium ei⁹.
Contigerat autem eum cum suis omnib⁹
ad memoriam parentum suorū extra pos
sessionem inueniri: t non inuenit ibi quē
quam excepta vna filia eius. que vt pulsā
tem fratrem audiuit. venit ad ostium t a
peruit ei. Et cum interrogaret eam de pa
tre suo: illa hortata est eum vt intraret ho
spitium. simul etiam t trahebat eum. Ille
vero non acquiescebat intrare. Sed cum
diu cogeret. preualuit euz introducere ad
se. Et conplexa est euz t cepit illicitare cū
ad commixtionem corporis eius. Ille autē
videns se trahi ad luxuriam. t cogitationi
bus confūdi. ingemiscēs clamabat ad do
minum: dicens. Domine propter oratiōes
patris mei libera me in ista hora. Et dum
dixisset subito inuentus est ad flumen per
gens ad monasterium. t restitutus est ille
sus ad abbatem suum.

Duo fratres § cxxv.

carnales venerunt habitare in quodā mo
nasterio. ex quibus vnus erat preclare cō
tinentie: alter obedientie magne. Cui dice
bat pater. Fac hoc t faciebat. t fac illud t
faciebat: manduca mane t manducabat.
De qua re magnam in monasterio opinio
nem habebat quia ita obediens existebat
Uictus est frater ille continens aduersuo
euz inuidia. Et dixit in semetipso. Ego p
bo istum si habet obedientiam. t accedens
ad patrez monasterii dicit ei. Mitte me
cum fratrem meum. vt eamus alicubi. Et
dimisit eos abire. Et assumens eum frat
ille abstinens voluit eum temptare. Et cū
veniret ad flumen vbi erat multitudo co
codrillorum. dicit ei. Descende in flu
men t trans. Et mox ille descendit. Uene
rūt cocodrilli t lingebant corpus eius: in
nullo ledētes eū. Quod cum vidisset fra
ter eius: dicit ei. Ascende de flumine. Et
cum iter ageret. inuenerunt corpus hu
manum iacens in via. Et dixit ille absti
nēs ad fratrez suum. Si habuissemus ali
qđ vetustuz. iactarem⁹ super corpus illud
Et rīdens ille obediēs frī dixit. Magis
orem⁹ forsitā surget. Et stātib⁹ illis ad ora
tionē. atqz orātib⁹ intēte: surrexit mortu⁹
ille. Quo facto gr̄iat⁹ ē abstinēs fr. t dixit
P̄ro cōtinētia mea suscitat⁹ ē mortu⁹ hic
Dia aūt hec reuelauit de⁹ abbati mona
sterii eox t q̄lit tēptauerit frez suū ꝺ coco
drillis. t quō suscitat⁹ fuerit mortu⁹. Et cū
veniss̄ent ad monasterium. dicit abstinēti
illi abbas. Quare ita feciſti frī tuo? Ecce
tm̄ per obediētia ei⁹ surrexit mortuus ille.

Quidā ex sēi § cxxvi

bus de scithi. discipulum suū transmisit in
egyptū. vt ei camelū deferret: qui sportel
las q̄s fecerat portaret ī egyptū. Cuz aūt
deduceret cameluz alter senex obuius ei
dicit ei. Si sciss̄em fr̄ quando ibas in egy
ptū: dixiss̄ez tibi vt t mihi alterum came
lū deduceres. Qđ cū ille fr̄ ꝓprio abbati
dixisset. pre multa caritate dicit ei. Uade
fili. t duc camelum ad illū dicens ei. quia
nec dum parati sum⁹. cōple necessitatem
tuam t vade tu cū ipo camelo. vsqz ī egy
ptū: t iteruz reduc nobis camelum. t nr̄a
vasa portem⁹. Cū g̃ feciss̄z frater sic. t iuis

set ad illũ senẽ dicẽs. Abbas pambo dixit ga nos nec dũ parati sum⁹ tolle ⁊ comple necessitatẽ tuã. Caricauit autem senex camellũ ⁊ iuit in egyptũ. Cũ aũt discarricasset: itex ille fr reducebat camellũ ⁊ dixit. Ora p me pr. Cunqz senex regsisset quo pgeret. rñdit. In scitbim vado: vt etiã nostras sportellas huc afferã. Quod cum audisset senex: ꝓpunct⁹ cepit penitere dicẽs lachrymando. Indulgete mihi dulcissimi: quia caritas vestra fructũ meũ abstulit.

Alter senex § cxxxvii

cum pfecisset sportellas suas ⁊ iã retinacula misisset eax: audiuit vicinum suũ dicentem. Quid faciam qm̃ nũdine prope sunt: ⁊ nõ habeo vnde mittã retinacula in sportellas meas: Et mox igress⁹ dissipauit ꝓpria retinacula: ⁊ attulit ad fratrez dicẽs Ecce ista superflua habeo: tolle ⁊ mitte i sportellas tuas. Et ita p̃ nimia caritate fecit vt fratris opera cõplerentur. sua autem imperfecta reliquit.

Abbas ioan § cxxxviii

nes gra caritatis omnem malitiã ẽ oblit⁹ Hic cũ a q̃dam fre mutuasset solidũ vnuz ⁊ cõpasset linũ vñ oparetur: venit vnus fr petẽs eũ parum lini vt faceret sibi sactum. At ille dedit ei cũ gaudio. Itẽ alter venit petẽs eum linũ ⁊ dedit ei. Necnon ⁊ aliis plurimis veniẽtib⁹ ⁊ petentib⁹ dedit oĩb⁹ cũ gaudio. Post hoc ille qui mutuauerat solidũ. venit repetẽs eum. At ille dixit ego vador⁹ afferrã tibi ⁊ nõ habẽs vñ redderet surrexit ⁊ pfect⁹ ẽ ad abbatẽ Jacobũ. vt peteret eũ quaten⁹ redderet illi a quo mutuauerat. Et dũ iret per viã inuenit solidũ iacẽtẽ ⁊ nõ eũ tetigit: sz fcta oone reuersus ẽ i cellulã. Et cũ itex fr ille repeteret rõnẽ suã dic̃ ei. Uñcunqz mõ ofero illũ. Et iterum pfect⁹ inuenit solidũ. vbi añposit⁹ erat. ⁊ facta oõne reuersus ẽ. Et ecce itex venit fr ille molestãs eũ p solido. Tũc senex dixit. modis oĩb⁹ mõ vado ⁊ affero illũ. ⁊ dũ pficiscereť inuenit eodẽ loco solidũ iacẽtẽ ⁊ facta orõe tulit eũ ⁊ venit ad abbatẽ Jacobũ. Et dicit ei abba veniẽs ad te inueni hũc solidũ i via. Fac g̃ caritatẽ ⁊ predica hic i ciuitate. ne forte aligs pdiderit illuz. ⁊ si inuẽt⁹ fuerit dñs ei⁹ redde illũ. Profect⁹ ẽ g̃ senex ⁊ p tres dies p̃dicauit. ⁊ nemo inuent⁹ ẽ q pdidisset solidũ illũ. Tunc g̃ Joãnes dicit ad abbatẽ Jacobũ. Si nemo illũ pdidit reddo illũ fri illi. qm̃ debeo illi ⁊ veniens ad te mutuare aut certe tollere in caritate reddere illi debitũ meũ inueni illum. Et mirat⁹ ẽ senex quẽadmodum debens ⁊ inueniẽs nõ statim tulit eũ ⁊ reddiderit nisi bis ⁊ tertio reuersus eẽt ⁊ p̃dicasset. Hoc aũt erat eius mirabile. qz si qs volebat ab illo aliqd mutuari. non dabat per manus suas: sz dicebat fratri. Uade ⁊ tolle tibi qđ opus habes: et cũ reportaret iterum dicebat: vade et reporta i loco vñ tuleras. si ãt nihil ꝺtulisset. nihil ille pẽit⁹ dicebat.

Abbas poemẽ § cxxxix

dicebat. Uolũtatẽ tuã nunc̃z adimpleas sz magis humilia teip̃m: vt facias voluntatem proximi tui. Itẽ abbas poemen qm̃ vocabatur vt extra volũtatẽ suã comederet. ibat plorãs: ne iobediẽs fratri suo contristaret eũ. Idem mactãs ꝓpriã volũtatẽ humiliat⁹ volũtatẽ sequebatur alterius.

Quidaz anachore § cxl

ta sedebat in speleo iuxta cenobium. multas virtutes faciẽs: ⁊ cuz aliqui monachi veniss̃ent de cenobio. conpulerũt cuz hora non consueta comedere. Et post hoc dicunt ei fratres. Contristat⁹ es abba. qr hodie extra consuetudinẽ fecisti? Quib⁹ ille respondit. Tunc mihi est tribulatio quando propriam fecero voluntatem.

Abbas paphũci⁹ § cxli

non gustabat vinũ aliquando. Semel aũt ambulans deuenit sper latrones. Et cuz in via eos inuenisset bibentes. cognitus ẽ a principe latronum. qui sciebat eum ꝙ vinum non biberet: sed videns qr esset ex laboris itinere fatigatus. impleuit cali

cem grandez vino ⁊ gladiū tenēs ī manu sua: dixit seni. Nisi biberis hunc calicem occidā te. Et cognoscēs senex. quia ex mā dato dei vult facere. volens eū lucrari tu lit ⁊ bibit. Princeps aūt latronuz cepit ei dicere. Indulge mihi abba. quoniā contri bulaui te. Cui senex ait. Cōfido in deū me um. qa propt calicem vini faciat tecum mi sericordiā ⁊ ī presenti scło ⁊ ī futuro. Dicit ei princeps latronū. Et ego cōfido in deo: q ab hodie nemini malefacio. Et sic lucra tus est senex omne collegium latronum.

Erant duo fra §. cxliii

tres: vnus ex ipsis senex erat. q rogabat iuniorez dicens: Rogo vt parit habitem⁹ ff. Ille aūt respondit. Ego peccatoz sum: ⁊ non potes mecū habitare. Ille vero ro/ gabat eū dicens. Possumus. Erat autez ille senioz mūdus. ⁊ nolebat audire q; mo nachus habebat aliquando cogitatiōem prauā. Et dicit ei ille iunioz pmitte quiesce re hac vna septimana: ⁊ iterū loquamur. Cū ergo post septimanā senex veniisset ad eū. ille volens experiri eū dicit ei. In gran dez temptationē incidi ī septimana hac ab ba. Profect⁹ eni ī vicū ppt necessitatem peccauj. Et dicit ei senex Et vis penitere. Cū aūt ille pmisisset: ait senex. Ego tecū porto mediū peccati illi⁹: Tūc ille frater dixit. Mō possum⁹ ābo parit mānere. Et mānerūt pariter vsq; ad tēp⁹ trānsitiōis suc:

Quidā senū dice §cxliii

bat. Quicqd horret homo mali omnio ne faciat alteri. Nonnes enim siqs detrahit ti bi: tu ne detrabas alteri. Nonnes si quis ti bi calūniam fecerit vel si quis tibi aliqd abtulerit. ⁊ tu sive hec sive alia his similia ne facias alicui. Qui. n. hoc verbuz serua uerit potest illi sufficere ad salutem.

Abbas poemen §cxliiii

et abbas nnb. postq; in desertū venerunt desiderabat mater coz̄ videre eos ⁊ sepe veniebat ad eorum cellam: nec tamen po uit illic contēplari eos. Laptato itaq; tē

poze. occurrit eis cum ad ecclesiam festi narent. Qua visa reuersi velociter ostiuz celle clauserunt. Ille autez stans foris euz lachrimis q̄rebat eos. Tunc abba nub egressus ad beatum poemen ait. Quid fa ciemus de hac matre nostra: que plangit ad ostium? Tunc exurgēs abba poemen ad ostiū. Quo non aperto audiēs eam iu/ giter lamentari. dicit ei. Cur tātos clamo res cum iam etate defessa sis. ⁊ planctus effundis? Illa autē voce filii cognita. am/ plius exclamauit: dicens. Quoniam vos videre desidero filii. Quid ē enī si vos vi/ dero? Non ne sū vestra genitrix? Nōne vos bis meis lactaui vberibus? Jam oī moraz cōtractione repleta sum. ⁊ audita voce tua: oīa viscera mea predesiderio cō turbata sunt. Cui poemē ait. Hic nos ma gis an in futuro seculo videre desideras? At illa dixit. Quid ergo si vos h̄ nō vide/ ro. q̄si illic p certo visura sim. Bene aūt rādēte. q; si te h̄ cohibere potueris. ne nos videas: illic pculdubio nos videbis. Tūc illa discessit cū gaudio dicēs. si pcerto il/ lic vos visura sū. hic vos videre iam nolo.

Joannes minoz cxlv

thebeus.. discipulus abbatis āmonis: per duodecim annos cuidam seni. infirman / ti fecit obsequium. Senex tamen cum vi disset eum laborantem nunq̄ illi sermonē blandum: aut placitum locutus est. Cum autem transiret sedentibus aliis senibus tenuit manum eius et dicit ei tertio. Sal ueris. Salueris Salueris. Et tradidit il/ lum senibus dicens. Iste non homo s; an/ gelus est: qui tot annis mihi infirmanti. nec tamen bonum sermonem audiens fe/ cit obsequium cum magna patientia.

Abbas agathon §cxlvi

veniens in ciuitatem vt opa sua vēderet inuenit quendā peregrinum iacentez ī an giporta infirmum nullum habentem qui ei curam adhiberet. Et permansit ibi se/ nex. ⁊ conduxit sibi cellam: ⁊ ex ope ma nuum suaz prestabat infirmo illi obsequi

non poteſt proficere. Hec eſt enim virtus operarii:certare vt ab opere non minuat Nã ⁊ piger ſi manſerit cũ operario profi/cit etſi non proficit:non tamẽ deſcendit i/ferius. dixit qdã ſenex. Quia homo ſi verbũ quidẽ habeat.opera aũt non habeat: aſſimilabitur arbori habenti folia. fru/ctum autem non habenti. Sicut enim arbor fructibus plena.etiã foliis viret:ita ⁊ ꝑmo ꝯſequitur hominẽ q habet opa bona:dixit ſenex:Quia aliquãdo quidã lapſus in graui peccato.⁊ ꝯpunctus ad penitentiã abiit indicare ſeni cuidã.⁊ nõ dixerat ei qõ fecerat:ſed quaſi ĩterrogauit dicens. Si alicui aſcẽdit cogitatio talis. habet ne ſalutẽ:/ille vero qz neſciebat diſcretionẽ:reſpõdit ei.pdidiſti animã tuã.ꝟ audiens frater dixit. Ego ſi perii: vado ad ſeculũ. Pergens aũt frater ille deliberauit ire.⁊ indicare cogitatiões ſuas abbati ſiluano. Erat enĩ hic ſiluanus magn⁹ diſcretor. Veniens ergo ad eũ frater.nõ dixit ei quod fecerat:ſed iterũ eo modo quo ⁊ prius ſeni illi dixerat.hoc ẽ ſi aſcẽderit alicui tales cogitatões.habet ne ſalutẽ:/ Aperiens aũt abbas ſiluanus os ſuum:cepit de ſcripturis dicere ei. Nõ omnino iudiciũ ẽ tantũ cogitatõibus de peccato. Audiens aũt frater ⁊ ſuſcipiẽs ỽtutẽ dictoꝝ ĩ anio ſũpta ſpe.ĩdicauit ei etiã actũ ſuũ. Audiens aũt abbas ſiluanus qõ egerat. tanq̃ bonus medicus poſuit cathaplaſma anie, eius.de diuinis ſcripturis aſſũptũ: dicẽdo eẽ penitẽtiã bis.qui pro caritate vera cõuertunt̃ ad deũ. Poſt aliquot aũt annos. ꝯtigit abbatẽ memoratũ ad illũ ſenẽ applicare.q ei deſpatões fecerat:⁊ narrauit ei iſta.⁊ dixit. Ecce frater ille.q de reſpon ſo tuo deſpauerat ⁊ ad ſeculũ redibat: ve lut ſtella ſplẽdida ẽ in medio fratrũ. Hec autẽ ideo rettuli: vt ſciam⁹ quale periculũ ſit.qñ aliquis ſiue in cogitatõe ſiue ĩ actu aliquod ĩdicat peccatũ bis q diſcernere neſciũt.dixit quidã ſenex:nõ quia ĩtrãt cogitaões male ꝯdemnamur ex eis ſed ſi male ỽtimur cogitatõib⁹. Fit enĩ vt ꝑ cogitatões naufragiũ patimur:⁊ itez de cogitatõib⁹ coronemur.dixit qdã ſenex .nõ des ⁊ nõ accipies cũ ſecularib⁹ hominib⁹ ⁊ nõ habeas noticiã cũ muliere nec habeas diu fiduciã cũ puero. Frater qdã ĩtero gauit ſenẽ dicẽs.Quid faciã qz mitte cogitatiões ſollicitãt me.⁊ neſcio quõ repugnẽ eis:/ dixit ſenex.non repugnes ꝯtra oẽs ſz contra vnã. Omnes enim cogitatões monachoꝝ: vnũ habent caput.neceſſariũ ergo eſt cõſiderare.que ⁊ qualis ſit.⁊ aduerſus illã reniti:ita enĩ ⁊ reſidue cogitatiões humiliantur. Aduerſus malas cogitationes dixit quidã ſenex. Obſecro fratres vt ſicut ꝯpreſſim⁹ act⁹ malos: ꝯprimam⁹ etiã cogitatões malas.dixit itez quidã ſenex.Qui vult beremũ inhabitare: debet eſſe doctor.vt non doceri egeat:ne detrimentũ ſuſtineat. Interrogatus eſt ſenex a quodã fratre dicẽte. Quomodo inuenio deũ: vtrũ in ieiuniis.vel laborib⁹ vel ĩ vigiliis.aut in miſericordia:/ Et reſpondit . in his que enumeraſti:⁊ in diſcretõe.dico ei tibi.qz multi afflixerũt carnez ſuã:⁊ quia ſine diſcretõe hoc faciebãt.abierũt vacui nihil habẽtes. Os noſtrũ ꝑ ieiunio fetet: ſcripturas omnes didicim⁹.ex corde dauid conſumauim⁹.⁊ quod de⁹ requirit: ñ habem⁹.ſilicet caritatẽ ⁊ humilitatẽ. Frater interrogauit ſenẽ dicens. Abba ecce ego rogo ſenes.⁊ dicũt mihi de ſalute aie mee.⁊ nihil retineo ex verbis eoꝝ. Quid autẽ interrogo eos nihil proficiens. cum totus ſim in immunditia:/ Erant autẽ ibi duo vaſa vacua:⁊ dixit ei ſenex. Vade ⁊ affer vnũ ex vaſis iſtis.⁊ mitte ĩ eo oleuz ⁊ accende intus ſtupã:⁊ refunde oleum.⁊ pone vas in locũ ſuũ. Et fecit ſic.⁊ dixit ei. Fac iterum ſic. Et cũ feciſſet hoc ſepi⁹ dixit ei ſenex. Affer modo vtraque vaſa. ⁊ vide quod eoꝝ mundius ſit. Et reſpondit.illud in quo oleũ miſi. Cui ſenex dixit Sic ẽ ⁊ anima de bis que ĩterrogat.q̃uis enĩz nihil retineat eoꝝ que audit: tamen plus ipſa mundatur. q̃z illa que omnino nec interrogat quenq̃. Frater quidam ſedebat in cella ſua quieſcens.⁊ volebãt demões ſeducere cũ ſub ſpecie angeloꝝ

Excitabāt enim eū vt iret ad collectam: ⁊ lumē ostendebant ei. Ille autem venit ad quēdā senē: ⁊ dixit ei. Abba veniūt angeli cū lumine ⁊ excitāt me ad collectā: ⁊ lumē ostēdūt mihi. Et dixit ei senex. Nō audias eos fili quoniā demones sunt: sed quādo veniūt excitare te. tu dic. Ego quando volo: surgo: vos aūt nō audio. Accipiens aūt frater preceptuz senis: reuersus est ad cellā suā: ⁊ sequēti nocte iex demones secūdū ꝯsuetudinē veniētes: excitabāt euz. Ille vero sicut preceptū sibi fuerat: respōdebat eis dicens. Ego quādo volo surgo vos aūt nō audio. Et illi dixerūt ei. Malus senex ille falsator seduxit te: ad quē frater venit. volēs mutuare pecuniā ⁊ cū baberet mētitus est dicēs: se nō habere: ⁊ nō dedit ei. Ex hoc ergo cognosce: quia falsator est. Frater ergo surgēs diluculo venit ad senē: ⁊ nunciauit ei hec ipsa: Senex vero dixit. Uex est qr habebā: ⁊ qr frater venit qnerēs mutuare ⁊ nō dedi ei: sed sciebā qr si darē ei. damnū anime sue faceret. Cogitaui ergo poti⁹ vnū mādatū preterire: q̄z decē p̄uaricari: ex quibus i tribulationez venire potuissemus pro illo: si a me pecuniā accepisset. Tu aūt demones g te seducere volūt: nō audias: Et multū ꝯfortatus de verbis senis: abiit i cellā suā. Uenerūt aliquādo tres fratres ad quēdā senē in scithi: ⁊ vnus ex bis iterrogauit eum dicēs. Abba: cōmēdaui vetus ⁊ nouuz testamētū memorie. Et respōdēs senex dixit. Repleti verbis acrē. Et secūdus iterrogauit eū dicēs. Uetus ⁊ nouū testamētum ego scripsi p meipsuz. Dixit aūt ⁊ huic. Et tu replesti fenestras de cartis. Et tertius dixit. Mibi i foculari herbe ascēderunt. Et respōdens senex dixit ei. Et tu expulisti a te bospitalitatē. Narrauerūt quidā patrū de quodā sene magno: quia si veniebat aliqs iterrogare eū sermonē: ille cū magna fiducia dicebat. Ecce ego suscipio personā dei ⁊ sedeo i sede iudicij. Quid ergo vis vt faciā tibi? Si dixeris mibi miserere mei: dicet tibi deus: si vis vt miserear tui. misere re ⁊ tu fratribus tuis: ⁊ ego misereor tui. Si aūt vis vt ignoscā tibi: ignosce ⁊ tu p̄ximo tuo. Nūquid a deo est causa? Absit. Sed i nobis est si voluerimus saluari. Dicebāt de quodā sene i cellis: qui erat magnus laborator: ⁊ semel cuz faceret opus suū: ꝯtigit aliū quēdā sanctū virū venire ad cellā eius: ⁊ audiuit eū deforis litigātē cū suis cogitationibus: ⁊ dicētē. Usq̄quo p̄opter vnū verbū omnia illa ammitto? Ille aūt foris stās. putabat quia cum alio aliquo litigaret: ⁊ pulsauit vt itraret: ⁊ pacificaret eos. Ingrediēs aūt ⁊ vidēs: quia nemo alius erat itro: babēs etiā fiduciam apud senē: dixit ei. Cū quo litigabas abba Et ille respōdit. Cū cogitationibus meis. quia quatuordeciz libros memorie cōmēdaui: ⁊ vnū verbū modicū audiui foris: ⁊ cū veniissem facere opus dei: omnia illa p̄ debā: ⁊ boc solū quod foris audierā: venit i memoriā meā: i bora ministerii mei: ⁊ p̄pterea litigabā cū cogitationibus meis. Fratres quidā de cōgregatione venerūt in beremū: ⁊ applicuerunt ad quendā beremitā: ⁊ suscepit eos cū gaudio. Et sicut est cōsuetudo beremitis. videns eos de lassitudine esse: posuit mensaz extra horā: ⁊ quod babuit in cella apposuit eis: ⁊ repausauit eos. Et cū factū esset sero. Dixerunt duo deciz psalmos: similiter ⁊ in nocte. Cū aūt senex euigilasset: audiuit eos inter se dicētes. Quia solitarii isti plus repausant i beremo. q̄z nos in cōgregatione. Mane aūt cum ambulaturi essent ad alium vicinum eius: dixit eis. Salutate eum ex me. ⁊ dicite ei. Observa ⁊ noli irrigare olera. Ille autem cum boc audisset: ītellexit verbū: ⁊ tenuit eos vsqz ad vesperum laborantes ieiunos. Cum autem sero factum esset fecit prolixius opus dei: ⁊ postea dixit. Lassemus modice p̄opter vos: quia de labore estis. Et dixit iterum. Nos quidē quotidie non solemus manducare: sed p̄pter vos gustemus modicum. Et apposuit eis panem siccum ⁊ sal: ⁊ dixit. Ecce p̄opter vos solennitatem babemus bodie: Et misit parum aceti illis in sal: ⁊ surgentes ceperunt psallere vsqz mane. Et dixit eis. p

pter vos nō possum⁹ iplere regulā nostrā ſz modice pausate qz peregrini estis. Mane aūt facto volebāt fugere. Ille aūt rogabat eos dicēs. Manete apud nos aliquā tulū tpis: sīn alias: vel ꝓpter mādatū tres dies fz ꝯsuetudinē beremi facite nobiscū Illi aūt videtes qz nō relaxaret eos: fugerūt occulte. Frater qdā iterrogauit quē/dā patꝝ dicēs. Si ꝯtigerit me somno grauari: z trāsierit hora ministerij mei. anima mea pre verecūdia nō vult iplere op⁹ suū Et dixit senex. Si te cōtigerit vsq; mane dormire: qñ euigilas surge: z claude ostiū z fenestras tuas. z fac opus tuū. Scriptū est enim. Tuus est dies: z tua est nox. In oī enim tēpore glorificatur deus. Dicebat alius senex Quia est homo comedēs mltū z adhuc esuriēs. z est alter homo qui parū comedit z satiatur: maiorē tamē mercedē habet ille qui plus comedit z esuriēs permanet. illo qui paꝝ comedit z satiatur. Dixit quidam senex. Si contigerit inter te et alium sermo aliquis tristis: et negauerit ille dicens: non dixi sermonem hunc: nō certes cum eo vt dicas tu dixisti: quia exacerbabitur. vt dicat tibi. etiā dixi. Frater aliquis interrogauit senem quendam dicens. Soror mea pauper est: si do ei elemosynam: nonne est sicut vna de pauperib⁹? Et dixit senex. Non. Dixit autem frater. Quare abba? Et respondit senex. Quia carnalis sanguis trahit te modicum. Dixit quidam senex. Quia oportet monachum neq; auditorem esse obtrectantium neq; obtrectare. neq; scandalizari. Dixit quidam senex. Non omnia que dicuntur placeant tibi. neq; omni sermoni consentias. Tardius crede: z quod verum est citius dic. Dixit quidam senex. si ascenderit verbum in cor fratris sedentis in cella: et reuoluens illud ī animo: nō potuerit ad mensuram verbi pertingere: neq; tractus fuerit a deo: assistūt demones: z ostendunt ei de verbo illo quod ipsi volunt. Dicebant quidā senum. Quando congregabamur ī initio adinuicem z loquebamur aliquid: quod vtile erat animabus nostris: efficiebamur seorsuz z seorsum. z ascendebamus i celū: nūc aūt quādo cōgregamur i obtrectationibus occupamur z alterutꝝ trahimus in profundū. Dixit alter quidā senū. Siquidē iterior homo noster sobrie agit: potest etiā exteriorē custodire: si vero non est ita: qua possumus virtute custodiamus linguā nostrā. Itē dixit qui supra. Opus spiritale necessariū est: quia in hoc venimus: magnus enim labor est ore dicere. qđ nō fit ope corporali. Alter quidā fratrū dixit. Quia oportet omnino hoiez habere itra cellā opus qđ laboret. si enim in ope dei occupat: venit ad eū diabolus de die i die: fz nō inuenit locū iquo mancat: Si aūt rursuz dominādo ei inimicus i captiuitatē redegerit eū. venit itez spūs dei frequēter: sed si nos ei nō facimus locū ꝓpter malicia nostrā discedit. Descēderūt aliquā do monachi de egypto ī scithi: vt viderent seniores loci illius. Et cū vidissent eos extenuatos fame. pre nimia abstinentia īpatienter comedere: scandalizati sunt in eis. Hoc aūt presbyter agnoscēs voluit sanare eos z ita dimitti: z ꝑdicauit ī ecclesia dicēs. Ieiunate: z extēdite abstinētiā vestrā fratres. Volebāt aūt egyptij ꝺ illuc venirāt discedere: z retinuit eos. Cū auté ieiunassent primo apporiati sunt. Fecerūt aūt eos ieiunare biduo ꝯtinuato. In scithi aūt habitātes ieiunauerūt hebdomada. Et facto sabbato māducauerūt egyptij cū senibus. Turbātibus aūt se ad māducandum egyptiis: vnus de senibus tenuit manus eoz dicēs. Cū disciplina manducate: quō monachi. Unus vero ex egyptiis repulit manus eius dicens. Dimitte me quia morior: tota hebdomada nihil coctum comedēs. Et dixit ei senex. Si ergo vos biduī ītervallo non māducantes impatienter tulistis: quare scādalizati estis in fratribus q semper eo ordine hebdomada leuando abstinentiam seruant. Illi autez penitentiaz coram eis egerunt: z edificati in abstinentia eorum abierunt cum gaudio. Frater quidam renuncians seculo z accipiens habitum monachi: statim recluſit se dicens.

Uolo eſſe ſolitari⁹. Audiẽtes autẽ vicini ſeniores venerũt ⁊ eiecerũt eũ ⁊ fecerũt eum circuire cellas fratrũ. ⁊ penitẽtiã co/ ram ſingulis agere ⁊ dicere. Jgnoſcite mi bi. quia nõ ſũ ſolitari⁹: ſed adhuc initiũ mo nachi nup aſſumpſi. Dixerũt qdã ſenes. ſi videris iuuenẽ volũtate ſua aſcẽdentẽ in celũ. tene pedẽ eius ⁊ ꝓice eum in terraz qz nõ ita expedit ei. Frat dixit ſeni cuidaz magno. Abba: volebã iuenire ſenẽ iuxta volũtatẽ meã. ⁊ morari cũ ipo. Et dixit ei ſenex. bene queris dñe me⁹. ille aũt affir mabat huiuſmõi eſſe deſideriũ ſuũ: non i/ telligens qõ locutus eſt ſenex ille. Qz cuz videret eũ ſenex exiſtimãtẽ qõ bene ſenti ret: dixit ei. Ergo ſi inuenis ſenẽ ſecũdum voluntatẽ tuã vis manere cũ illo? Et ille dixit. Etiã omnino hoc volo: ſi inuenio eũ ſm meã voluntatẽ. Dixit ei ſenex. Non vt tu ſeqris voluntatẽ ſenis illi⁹. ſed vt ille voluntatẽ tuã ſequat: ⁊ ita in eo repauſes Senſit ãt frater ille qõ dicebat: ⁊ ſurgẽs proſtrauit ſe ad penitẽtiã dicẽs. Jgnoſce mihi pater. quia valde gloriabar. eſtimãs me bene dicere: cũ nihil rencrez. Duo fra tres carnales renunciauerũt ſecto: quoꝝ vnus qui etate minor erat. primus cepit ꝓuerſari. Et cũ veniſſet ad eos quidã pa/ trum. ⁊ applicuiſſet apud eos. poſuerunt peluim: ⁊ venit qui minor etate erat vt la uaret pedes ſenis. Senex autẽ tenẽs ma nus eius remouit eũ: ⁊ cũ qui maior erat etate: fecit ipere opus: qõ ꝓmi i monaſte rio facere ꝓſueuerãt. Dixerũt aũt aſtantes fratres. Abba ille minor i ꝓgregatiõe pri/ mus eſt. Reſpondẽs eis ſenex. Ego tollo ꝓmatũ minoris: ⁊ trado ei q etate ꝓcedit. dixit quidã ſenex. Prophete cõſcripſerũt libros. patres aũt noſtri venerũt poſt eos ⁊ operati ſunt in eis plurima. ⁊ itez ſucceſ ſores illoꝝ commẽdauerũt eos memorie. Uenit autez generatio hec que nunc eſt: ⁊ ſcripſit eos in cartis atqz membranis: et poſuit in feneſtris ocioſis. Dicebat qui/ dã ſenex. Quia cuculla qua vtimur ſignũ eſt innocentie: ſubarmale quo humeros et ceruicem alligamus. ſignũ eſt crucis: zona autẽ qua cingimur ſignũ eſt fortitudinis: Conuerſemur ergo iuxta id quod habitus noſter ſignificat: quia omnia cum deſide/ rio facientes: nunqꝫ deficiemus. Expli cit liber de diſcretione. Jncipit liber de eo. Quod oportet ſobrie viuere.

Rater quidam ro

gauit abbatẽ Arſeniũ: vt audiret ab eo ſermonẽ: Dixit aũt ei ſenex. Quãta cũqz tibi virtus eſt: conare vt iterius op⁹ tuũ ſm deum ſit: ⁊ vincat exterioris hois paſſiones. Dicebat iteruz. Si querimus deũ apparebit nobis: ⁊ ſi tenebimus eum manebit nobiſcum. Dixit abbas aga/ thon. Nõ debet monachus permittere cõ ſcientie ſue: vt accuſet eum in quacunque re. Cuz autez moriturus erat memoratus abbas agathon: tres dies manſit imobilis apertos tenens oculos. Pulſauerunt aũt euz fratres dicentes. Abba vbi es? Et il/ le reſpondit. In conſpectu diuini iudicii aſ/ ſiſto. Dicunt ei. Et tu times? Et ille reſpõ dit. Interiz laboraui virtute qua potui. in cuſtodiendis mandatis dei: ſed homo ſum ⁊ neſcio vtrum placuerint opera mea co/ ram deo. Dicunt ei fratres. Et non confi/ dis in operibus tuis. quia ſecundum deuz ſunt? Et dixit ſenex. Non preſumo. niſi ve nero ante deum. Aliter enim ſunt iudicia dei: ⁊ aliter hominum: Cum autez vellent adhuc interrogare eum alium ſermonem dicit eis. Oſtendite caritatem. ⁊ nolite me cum loqui: quia occupatus ſum: Quo di/ cto: ſtatim emiſit ſpiritum cum gaudio. Uidebant autem eum colligentem ſpiritũ quemadmodum ſiquis ſalutet amicos ſu/ os dilectos. Habuit autem cuſtodiam ma gnam in omnibus: ⁊ dicebat. Quia ſine cuſtodia: ad nullam virtutem homo aſcen det. Dicebant de abbate ãmois: quia quã/ do ibat ad eccleſiam. non permittebat di/ ſcipulum ſuum iuxta ſe ambulare. ſed de longe ſequi. Sed ⁊ ſi appropinquaſſet ad eũ. vt interogaret eum de quacunque re: mox dicebat ei. ⁊ ſtati repellebat eũ retro dicẽs: ne forte cũ loqmur aliqd ꝺ vtilitate

anime.incurrat etiam ꝼmo.qui non pertinet ad rem:propterea nō te permitto morari iuxta me.Dicebat abbas ammois abbati aseo. Jn initio quomodo me vides modo? Et ille dixit ei.Sicut angelum dei pater. Et iterum dixit ei postea Nunc quomodo me vides? Et ille dixit. Quomodo sathanā. Eteni si bonū ꝼmonē mihi loqueris: velut gladius mihi est. Dicebat abbas alones. Jlisi dixerit homo in corde suo ego solus ⁊ deus sumus in mundo isto requiem non habebit.Dixit itez.Quia si vult homo in vna die vsqz ad vesperam peruenit ad mensurā diuinitatis. Abbas bisarion moriens dicebat. Debet monachus totus oculus esse:sicut sunt cherubi ⁊ ꝼapbin. Jter agebāt aliquando simul abbas daniel.⁊ abbas āmonis.dixit abbas āmonis. Putas aliquādo ⁊ nos sedebim⁹ in cella pater? dixit ei abbas daniel. quis eni a nobis aufert deū? nam ⁊ foris modo deus est:⁊ iterū in cella deus est. dixit abbas euagrius. Magnū quidē ē sine impedimento orare:maius autē est psallere sine impedimento. Jtē dixit q supra. Memor esto semper exitus tui.⁊ nō obliuiscaris eterni iudicii:⁊ non erit delictū in aia tua.dixit abbas theodor⁹ de hennato. qz si nobis reputat deus negligentias tēporis quo oram⁹.⁊ captiuitates q̄s patimur dū psallimus:non possumus salui fieri. dixit abbas theonas. Quia impedit mens nostra ⁊ reuocatur.a contēplatione dei: ꝓpterea captiui ducimur in carnalib⁹ passionibus.Uenerunt aliquando fratres qui dā tēptare ioannē breuē.qz nō dimittebat mentē suā diffundi in cogitationib⁹ seculi: neque loquebatur causā hui⁹ mūdi. Et dicunt ei. Gratias agim⁹ deo:quia multum pluit isto āno.⁊ rigant cōpetenter arbores palmaꝝ.⁊ bene incipiūt producere ramos ⁊ iueniūt vnde laborēt fratres.q solēt manuū suaꝝ operib⁹ occupari.dixit ergo Joānes abbas. Sic est quādo spirit⁹ scūs descēdit i corda sāctoꝝ: viresciūt quodāmodo ⁊ inouant:⁊ proferūt folia i timore dei.dicebāt itez de eodē ioanne quia fecerit aliquādo plectā ⁊ duas palmas.⁊ expenderit eas i vna sporta:⁊ nō intellexit donec iūgerent parieti. Erat eni mens ei⁹ occupata i contēplatione dei.Senex quidā erat i scithi habēs quidē tolerantiaz corporalē:sed non valde scrupulosus erat in retinēdis q̄ ante audierat. Abijt ergo iste ad abbatez Joannē breuē vt interrogaret eū de obliuione:⁊ audiēs de eo ꝼmonē.⁊ rediēs i cellā suā.oblit⁹ est quod dixerat ei abbas Joānes. Jtez abiit ⁊ interrogauit eū. Audiens aūt ab eo similiter ꝼmonē:reuersus ē. Mox aūt vt peruenit ad cellā suā. oblit⁹ est quod audiuit:atqz ita multotiēs vadēs atqz reuertēs.dominabat ei obliuio. Post hec vero rursus occurrens seni dixit. Noli abba.quia oblitus suz quod dixisti mihi? Sed ne tibi molestus essez.ideo nō veni.Dixit ei abbas Joānes. Uade icēde lucernā ⁊ icendit. Et dixit ei: Affer alias lucernas:⁊ incende ex ea. Et fecit sic. Et dixit abbas Joannes seni. Ne aliquid lesa ē lucerna:quia ex ea alias incendisti? Et dixit nō: Et respondit. Jta nec Joānes lediī si tota scithis veiat ad me:nec ipediet me a caritate dei.Quando ergo vis veni:nihil hesitans. Et ita per patientiā vtrozūqz abstulit deus obliuionē a sene. Hoc eni erat opus habitātiū i scithi: vt animarēt eos q ipugnabātur a quacūqz passione:⁊ extorquebāt sibi laborē vnde iuicē lucrarētur bona. Jnterrogauit frater quidam abbatem Joannem dicens. Quid faciam.qz frequenter venit quidam frater vt tollat me secum ad opus quod laborat ⁊ ego miser sum infirmus et deficio in tali opere? Quid ergo faciam de mandato domini? Respondens senex dixit ei. Caleph filius Jephone.dixit Jesu filio Naue. Quadraginta annozum eram quando misit me Moyses seruus domini in terram istam: et nunc octoginta annozum sum.et quemadmodum tunc eram fortis:ita nunc valeo intrare:et exire ab bellum. Jtaqz et tu si potes: vt sicut ingrederis ita ⁊ egrediaris vade cū illo:si aūt nō potes id facere :sede i cella tua plorās peccata tua:et sic inuen-

rint lugentez.non te cõpellent exire. Dixit abbas isidorus qui erat presbyter in scitbi Ego quando eraz iuuenis.z sedebã in cel/la mea.nõ babebã numerũ psalmoz quos dicebã in ministerio dei:noz enim z dies in boc mibi expendebatur. Narrauit abbas Cassianus. de quodã sene in beremo sedẽ te.qz rogauerit deuz vt donaret ei ne doz miret aliquando cũ spiritaliũ rerũ ratio fi eret:si autem detractionis aut odij causa verba essent.statiz in somnũ corrueret vt huiusmodi venenũ aures non acciperent. Dic dicebat diabolum studiosum esse. vt moneret homines ad verba otiosa: impu/gnatorez autem totius doctrine spiritalis atque rei. Hoc autẽ vtebatur exẽplo. Lo quente me inquit aliquando de vtilitate animarum ad quosdaz fratres:taz profun do somno occupati sunt. vt nec palpebre oculoruz moueri possent. Ego autem vo/lens ostendere opus demoniacuz esse:oti/osa verba introduxi. Ad qõ illi gaudẽtes statiz a somno sunt relicti. Ego autẽ inge/miscẽs dixi. Usque nũc de celestib9 loque bamur.z omniũ vestrũ oculi somno gra/uissimo tenebantur:quando autem sermo otiosus inuentus est. omnes prompti au/dire cepistis. Propt qõ rogo carissimi fra/tres cognoscentes opus maligni demonis esse.attendite vobismetipsis:custodientes vos a somno quando aliquid spiritale faci tis vel auditis. Abiit aliquando abbas pa stoz cuz esset iuuenis ad quendã senẽ: vt in terrogaret eũ tres ꝑmones. Cũ peruenissz aũt ad senẽ.oblitus est vnũ ex tribus ꝑmo nibus:z reuersus est ad cellã suã. Et cũ te/tendisset manũ vt teneret clauẽ.recordat9 est ꝑmonis illius quẽ fuerat ante oblitus: z retraxit manũa claue : z reuersus est ad senẽ. Senex aũt dixit ei. Accelerasti veni re frater: At ille dixit ei. Quia cũ tetẽdissẽ manũ tenere clauẽ.recordatus sũ ꝑmonis quez querebã:z non aperui cellã. sed mox ad te suz reuersus. Erat aũt longitudo vie multa nimis. Dicebat autez ei senex. vere gregũ pastoz:nominabitur enim nomẽ tuũ in tota terra egypti. Uenit abbas Ammõ ad abbatem pastorem:z dixit ei. Si vado ad cellã vicini.aut si ille ad me venerit pro pter aliquid:reueremur inuicez. ne incur/rat aliqua fabula incõpetẽs z aliena a pro posito monachi. Et dixit ei senex. Bene fa cis:necessariã enim babet iuuẽtus custodiaz Dixit ei abbas Ammon. Bene ergo quid facturi sunt? Et dixit ei. Jã senes proficien tes atque firmati.nõ babẽt in se aliud quid. aut peregrinũ in ore suo. vt id loquantur. Et ille dixit. Si ergo fit necessitas cũ vici no loqui. videtur tibi vt de scripturis cum eo loquar:aut de verbis z sententiis senio rũ? Et dixit ei senex. Si non potes tacere. bonũ est magis vt de verbis seniorũ loqua ris.q̃ de scriptura:periculũ est enim nõ par uũ. Interrogatus abbas pastor de iquina/mentis:respondit. Quia si stabilimus acti uã vitã nostrã in sobrietate : nõ inueniem9 in nobis inquinamenta. Dicebãt de abba/te pastore. Quia cũ exiturus erat ad opus dei faciendũ: sedebat prius discernẽs co/gitationes suas iugiter vna bora:z sic egre diebatur. Dixit abbas. Quia interrogaue rit quidã abbatẽ ꝓpayſionẽ. dicens. Quid facio anime mee.quia insensibilis facta ẽ. z non timet deũ? Et dixit ei. Uade z iũge re homini timenti deũ. Et cũ illi inbeseris: doceberis z tu timere deuz. Dixit itex:qz principiũ z finis est timor domini. Sic enim scriptũ est. Initiũ sapientie timor domini. Et itex quãdo Abraã perfecit altare:dixit ei dominus. Nunc scio quia times deum. dixit itex. discede ab omni homine: qui in locutione iceſſanter cõtentiosus est. dixit itex. Interrogauit aliquando abbatẽ ꝓpe trũ abbas Loth:dicẽs. Quãdo sũ in cella in pace est anima mea:cũ aũt venit frater aliquis ad me z rettulerit mibi verba eoz quę foris sũt:turbat aia mea. Et dicit mibi abbas ꝓpetrus:quia dicebat abbas Loth. Clauis tua aperuit ostiũ meũ. Et ego dixi ei. Quid est verbũ boc? Et dixit. Si qs ve nit ad te.z interrogas eũ quõ babes? vnde venis qualiter agit circa illos fratres. su/sceperũt te an nõ? Et tũc aperis ianuam fratris tui.z audis que nõ vis. Et ego dixi

ei. Ita est: Sed quid faciat homo cū vene
rit frater aliquis ad eum? Et dixit mihi se
nex. In luctu omnino doctrina est. Ubi au
tē omnino nō ē luct⁹: impossibile est custodi
re mentez. Et dixi ei. Quādo in cella sum
mecū est luctus. cū autē aliquis ad me ve
nerit aut cū egredior de cella. non inuenio
luctū. Et dixit senex. Nec dū tibi subiect⁹
est. sed velut ad vsū pro tēpore adhibetur
Et dixi ei. Quis est hic ꝓfm? Et dixit mihi
Si laborat homo pro re aliqua ꝑm virtu
tē. quacūque hora quesierit eā. ad vtilita
tē suā inueniet eā. Frater quidā interroga
uit abbatē Syssoi: dicēs. Desidero cor meū
custodire. Dixit ei senex: Et quomō possu
mus custodire cor nostruz. si lingua nostra
ianuā apertā habuerit. Sedente aliquan
do abbate siluano in monte syna. discipu
lus su⁹ volens abire ad quoddā ministeriū
suū: dixit seni. Dimitte aquā: et riga hortuz
Ille autē egrediens ad dimittendā aquā.
tegebat faciē suā de cucullo suo: rātū ad pe
des suos intendens. Contigit autē vt ipsa
hora quidā superueniret ad eū: et videns eū
alonge considerauit quid fecisset. Et cū p
uenisset ad eum: dixit ei. Dic mihi abba. vt
quid tegebas ō cucullo faciē tuā: et sic ada
quabas hortuz? Et dixit ei senex. Ne vide
rēt oculi mei arbores. et occuparetur mēs
mea ab opere suo. in contēplatione caruz.

Interrogauit abbas Moyses abbatem
Siluanū: dicens. Potest ne hō per omnez
diē facere initiū conuersationis sue? Re
spondit ei abbas Siluanus. Si est hō ope
rarius: potest per diē et horā inchoare initi
um conuersationis sue. Interrogauerunt
aliquādo abbatē Siluanū quidā dicētes.
In quali conuersatione operatus es vt acci
peres prudentiā istā? Et ille respondēs: di
xit. Nunq̄z permisi in corde meo cogitatio
nē morari: que exacerbabat deū. Dixit ab
bas Serapion. Quia sicut milites imperato
ris cū ante ipsū stāt. nō debēt dextra aut si
nistra respicere: ita et monachus assistat in
conspectu dei. et intentus sit oī hora in timo
re eius. nihilq̄z sit quod de aduersis malis
eū terrere possit. Dixit sācta sincletice. Fi
lij omnes saluari volumus: sed propter ne
gligentiā nostrā a salute deficimus. Dixit
itez que supra. Sobrie viuamus: quia per
sensus corporis nostri. vel si non velimus
fures ingrediuntur. Quomodo enī potest
non fuscari domus. si fumus exterius ascē
dēs fenestras apertas inuenerit? Dixit ite
rū que supra. Oportet nos aduersū demo
nes vndique armatos existere. quoniā et ex
terius ingrediuntur et deintro mouentur.
siquidem et anima nostra id patitur. Sicut
enī nauis que aliquādo exterius fluctuuz
mole opprimitur. aliquando vero interius
crescente sentina demergitur: sic et nos ali
quando operū exterius cōmissorūz iniqui
tate dānamur. aliquando vero interius ne
quitia cogitationū adiicimur. Unde opor
tet non solū exterius spirituū imundorum
nos ipetus obseruare: verū etiā interiorūz
cogitationū immunditias exhaurire. dixit
ite[illegible]que supra. non habemus securitatez
in [illegible] seculo. Et enī apostolo dicente. qui
stat: videat ne cadat. In incerto quidē na
uigamus. quia sicut dauid psalmista dixit
velut mare est vita nostra: sed tamē in ma
ri quedā petrosa sunt. quedaz vero bestiis
plena. q̄dā āt et trāglla. Nos qdē i trāglla
parte maris nauigare videmur. seculares
ꝓo hoīes i locis piculosis: ite nos i die
nauigamus sole iusticie nobis prebēte du
catū. illi aūt in nocte ignorantie deportan
tur: sed tamen plerūque contigit. vt secula
res illi in tēpestate et in obscuro nauigātes
pro metu periculi ad deū clamando et vigi
lando saluent nauē suā: nos autem in tran
quillitate. neglecto deo demergimur: duz
ab ipso gubernaculo iusticie derelinquimur
Dixit abbas iperici⁹. Cogitatio tua sēper
sit in regno celorū. et cito in hereditate acci
pies illud. dixit iterum vita monachi iuxta
imitationē angelorum fiat: comburens ac
que consumens peccata. dixit abbas Or
sesi⁹. Puto quia nisi homo custodierit cor
suum: omnia que audit et videt. obliuisci
tur et negligit. deniq̄z inimicus si inuenit in
eo locū: supplantat eū. Sicut enī lucerna
olco et lichino ꝑparata lucet: si āt ꝑ negligē

tiã non acceperit oleũ. paulatiz extinguitur. atque ita conualescunt tenebre aduersus eã: sed ꝛ mus veniens ad eã. volens nixuz eius comedere. priusqꝫ perfecte extinguatur. non potest propter calorem ignis. Si autez viderit. ꝙ nec lumen habet nec calorez iã retinet ignis: tunc volens trahere nixuz eiꝰ. deiicit eã ipsã lucernã in terrã que si testea fuerit. minutatur. si autẽ erea a domino suo denuo reparatur: ita etiaz si neglexerit anima paulatiz recedit ab ea spiritus sanctus. donec perfecte extinguatur calor eius. atque ita inimicus cõsumit ꝛ deuorat proposituz illius: sed ꝛ corpꝰ neꝛ quiter exterminat. Si autez quis per affectũ quez habet in deo bonus fuerit: simpliciter autez ad negligentiaz raptus fuerit. deus qui misericors est. excitat in eo mentez suã. ꝛ memoriã penarum que in futuro seculo peccatoribus preparantur: ꝛ curat vt sobrius sit. ꝛ custodiat se deinceps cum magna cautela. vsque ad tẽpus visitationis sue. Uenit quidã senex ad aliuz senez: ꝛ cuz loquerentur. vnus exeis dixit. Ego iam mortuus sum huic seculo. Alter vero dixit. Ne confidas in semetipso. donec exeas de corpore. Nã si de te dicis quia mortuus sis: sathanas mortuus non est. Dixit quidam senex. debet monachus quottidie mane ꝛ sero cogitare in semetipso: quid fecit eorũ que vult deus. ꝛ quid non fecit: ꝛ ita tractans omnem vitã suaz. penitentiã agendo. monachus esse poterit. Sic enim abbas Arsenius vixit. Dixit quidã senex. Quia siqs aurꝫ vel argẽtũ perdiderit: põt inuenire qõ pdidit: q aũt tẽpus perdiderit nõ potest inuenire: qz tẽpus irreparabiliter transiit. Dixit senex. Sicut miles ꝛ venator proficiscẽtes ad propositũ sibi laborẽ. nõ cogitant vt vulneretur aliquis: an ille / sus permaneat: sed vnusqsqz ꝑ se solo certat: ita oportet ꝛ monachũ esse. Dixit senex Sicut nemo potest ledere eũ qui ad latus ẽ iperatoris: ita neqz sathanas nobis aligd potest nocere: si aia nostra adheserit deo. Scriptum est enim. Appropiquate mihi: ꝛ ego appropiquabo vobis. Sed qz frequẽter extollimur: facile rapit inimicus miserã animã nostrã i ignominiã passionis. Frater quidã dixit seni cuidã: nihil pugne video i corde meo. Et dixit ei senex. Tu sic es velut q̃drigemina porta: vt quicũqz voluerit: iteret: ꝛ qcũqꝫ voluerit exeat ꝛ nõ intelligis q̃ agãt. Nã si haberes ianuã: ꝛ clauderes eã: nec pmitteres itrare ꝑ eã cogitatões malas: tũc videres stãtes foris: ꝛ pugnãtes aduersũ te. Dicebãt ꝺ quodã senem qz quãdo ei cogitatões sue dicebãt dimitte hodie: ꝛ crastino penitere: ꝺtradicebat eis ille dicens nõ: sed hodie penitentiam agã: crastino aũt fiat volũtas dñi. Dixit senex. Nisi exterior homo noster sobrie inceperit: impossibile est custodiri interiorez. Dicebãt senes. quia tres sunt virtutes sathane. que precedunt vniuersa peccata. Prima est obliuio peccatoruz: Secunda negligentia. Tertia ꝺcupiscentia. Eteniz si obliuio venerit. generat negligentiam. de negligentia concupiscentia nascitur: de concupiscentia vero corruet homo. Si enim ita est sobria mens. vt obliuionẽ fugiat. ad negligentiam non venit: etsi neglexerit ꝛ concupiscentiam non receperit nunquam cadet opitulante gratia christi. Dixit quidam senex. Taciturnitati operam da: ꝛ nihil cogites vane. ꝛ meditationi tue intende. siue quiescens siue surgens cum timore dei: ꝛ hec faciens non timebis malignorum impetus. Dixit senex cuidam fratri. diabolus est inimicus: ꝛ tu dormus. Inimicus ergo non cessat iactare sumdens in te vniuersas immundicias: tuum est autem non negligere. vt proijcias foras que ille iactauerit. Nam si neglexeris. replebitur tibi tua domus sordibus: ꝛ nequaqꝫ valebis itrare i eã. Sz ab initio que ille iactauerit: tu eiice paulatiz. ꝛ mundabit domꝰ tua mũda ꝑ gratiã xpi. Dixit qdã senũ. Qñ coopiũt oculi animalis tũc circuit ad molẽdũ: sin aũt discooptos habuerit oculos ñ ãbulat i circuitu mole sicꝛ diabolꝰ si occurrerit opiñ oculos bois. i õi peccato bũiliat eũ: ꝙ si ꝙo fuerit ocli eiꝰ apti

facilius potest fugere ab eo. Dicebant se/nes. Quia in mõte abbatis Antonii sede/bant septem custodes tempore dactilorum ex quibus vnus abigebat ab eis volucres Erat autem ibi senex: qui in die qua eum dactilorum custodia contingebat. clama/bat dicẽs. discedite de intro male cogitati ones. de foris aues. Frater quidam in cel/lis infundebat palmulas suas. Et cum se/disset facere plectas: dixit ei cogitatio sua vt iret ad quendam senem visitare cũ. Et iterũ cogitans in semetipo: dicebat. Post paucos dies vadam. Et rursus dicebat ei cogitatus suus. Si inter hec morietur. qd facies? Sed vadam modo vt loquar ei pro pter estiuum tempus. Iterum autez cogi/tauit: dicens. Sed cum incido scirpum ad mattas fit tempus. Et rursus dixit. Exten do palmulas istas & tunc vado. Rursus di xit in semetipso. Sed hodie bonum aerez facit. Et surgens reliquit palmas infusas & tollens melotem suam ibat. Erat autem senex quidam vicinus ei vir prouidus. qui cum vidisset eum in impetu ambulantem clamauit dicens. Captiue captiue. vbi in curris? Veni huc ad me. Qui cũ venisset dixit ei senex. Reuertere in cellam tuam Ille autez frater narrauit ei fluctus quos pertulerat in cogitationibus suis: & reuer/sus est in cellam suam. Et cum ingressus fuisset in eam: prostrauit se & penitentiam egit. Hoc autem facto: voce magna subi to demones exclamauerunt: dicentes. vi cisti nos monache. vicisti nos. Et facta est matta ei super quã iacebat velut ab igne vstulata. demones autem euanuerũt ve/lut fumus & exterminati sunt: sicq; frater ille didicit versucias eorum. dicebant de quodam sene. qui moriebatur in scithi & circumdederunt fratres lectulum eius. & vestierunt eum: & ceperunt flere. Ille au/tem aperuit oculos suos. & risit: & adiecit iteruz ridere. hoc autez factuz est tertio. quod cum viderent fratres: interrogaue/runt cuz: dicentes. dic nobis abba. quare nobis flentibus tu rides? Et dixit eis. pri mo risi. quia vos timetis mortẽ. Secũdo risi. q2 non estis parati. Tertio aũt risi. q2 ex labore ad requiẽ vado: & vos ploratis Hoc aũt cũ dixisset. statim: vtpote mortu us. reclusit oculos senex. Venit aliquan/do frater manens in cella ad vnum de pa tribus. & dixit ei: Quia a cogitatione sua affligeretur. Et respondit ei senex. Tu p iecisti in terra feramentuz magnuz. qõ est timor dei: & accepisti in manu tenere arũ/dineaz virgaz. qõ sunt cogitationes male Accipe ergo tibi magis ignez. qõ ẽ timor dei: & quãdo appropinquat tibi cogitatio mala. velut calamus igne timoris dei cõ/buretur: neq; eni prevalet malitia aduer sus eos qui habent timorem dei. dixit qui daz patruz. Nisi prius odio habueris: non potes diligere. Nisi ergo oderis pctm̃: nõ facies iusticiã. sicut scrptũ ẽ. Declina a ma lo & fac bonũ. Uerũtamẽ i omnibus his p positus animi vbiq; requirit. Adã enim i paradiso sistens preuaricatus est mãdatũ dei. Job aũt in stercore sedens custodiuit. Unde cõstat: quia ꝓpositũ bonũ querit dꝰ ab homine: vt semper timeat eũ. Explicit liber de eo q2 oportet sobrie viuere: In/cipit liber de eo vt sine itermissione oret.

Jcebant de abbate

Arsenio quia a vespere sabbati lu cescente dominica relinquebat post se so/lem: & extendebat manus suas ad celum orãs: donec mane dñico sol illustraret asce/dens faciem eius: et sic residebat. Inter/rogauerunt fratres abbatem Agathonez dicẽtes. Pater que virtutum i conuersa/tõe plus habet laboris? Et dicit eis. Igno scite mihi: quia puto non esse alium labore talem: q; orare deum dum enim voluerit homo orare deum suum: semper inimi/ci demones festinant interumpere oratio/nem eius: scientes quia ex nulla re impe/diuntur: nisi per orationem fusam ad deũ: siquidem omnem alium laborem quem ho mo in conuersatione religiosa positus assũ pserit: q; uis instanter & toleranter agat. ha bet tamen & possidet aliquam requiẽ: ora tio autem vsq; ad vltimam exalationem:

opus est vt habeat magnum certamen. Narrauit abbas Dulas q fuit discipulus abbatis Bisariois dicés. veni aliquādo ī cellā abbatis mei ⁊ inueni eū stātē ad oratōez: ⁊ manus eius erāt extense in celum. Permansit aūt hoc faciés iugiter q̄tuordecim dies: ⁊ post hec vocauit me ⁊ dixit. Sequere me. Et exeūtes preximus īheremū. ⁊ cū sitirē: dixi ei. Abba sitio. Ille aūt tollens melotē discessit a me quantus ē iactus lapidis. ⁊ facta oratōe attulit eā plenā aqua ⁊ bibi. Tūc preximꝰ in ciuitatem Lyco. ⁊ venimꝰ ad abbatē Johānem ⁊ salutantes eū fecimꝰ oratōem. Deinde sedētes cepit loqui abbas Bysarió de visione quā viderat: quia exiuit: inqt preceptū a dño. vt destruant tēpla. Et factū est sic: ⁊ destructa sunt. Dixit abbas euagrius Si deficis aio: ora. Scriptū ē enī. ora cuz timore ⁊ tremore ⁊ labore: sobrie ⁊ vigilanter: Itaq; oportet nos semp orare: maxime ꝓpter malignos ⁊ nequicias vagantes. ⁊ iuisibiles inimicos nostros. q nos p̄cipue in hoc impedire nituntᵉ. Dixit iterum. Quādo cogitatio otraria in cor venerit: noli alia pro aliis ī oratōe q̄rere: sed aduersus eā que te impugnat. gladiū lachrymarū exacue. Mandatū ē: sancte memorie: Epyphanio epō cyprio. ab abbate monasterii sui. quod habuit in palestina. q̄ oratōibꝰ tuis nō negleximꝰ regulā: sz cū sollicitudine tertiā. sextā ⁊ nonā atq; vesperā celebramus. Ille autē reprehēdens eum mādauti ei. Cōstat vos vacare ab oratōe ceteris horis: eum autem qui vere ē monachus. oportet sine intermissione orare. aut certe psallere ī corde suo. Dixit abbas esaias. Quia presbiter pelusij cuz fierent agape: atq; fratres in ecclesia comederēt ⁊ loquerentᵘ sibinuicē: increpās eos dixerit: Tacete fratres. Ego enī scio fratrem manducantē vobiscū: ⁊ oratio eius ascendit in cōspectu dei velut ignis. Uenit abbas Loth ad abbatem Joseph: ⁊ dixit ei. Abba secundum virtutem meam facio modicam regulam. ⁊ paruuz ieiunium. ⁊ orationem. meditationem. ⁊ quietem: ⁊ secundū virtutem meā studeo purgare cogitatiōes meas. Quid ergo debeo decere/ro facere? Surgens ergo senex. expandit manus suas in celū. ⁊ facti sunt digiti eius velut decē lampades ignis. Et dixit ei. Si vis efficere totus sicut ignis sic age Uenerūt aliquādo ad abbatē Lucium inhennato monachi quidā. qui dicebantur eusebi. hoc ē orantes: ⁊ interrogauit eos senex dicens. Quod ē opus manuum vestrax? Et illi dixerūt. Non contingimus/aliquod opus manuuz: sed sicut ait apostolus: sine intermissione oramus. dixit eis senex. Et non mādicatis? Illi autē dixerūt ei. Etiā manducamus. Et dicit eis. Et qñ manducatis. q̄s pro uobis orat? Et iterū interrogauit eos: dicens: Non dormitis? At illi dixerūt. dormimꝰ. Et dixit senex. Et cū dormitis. quis ꝓ vobis orat? ⁊ nō inuenerūt. quid ad hec respōderent ei. Et dicit eis. Ignoscite mihi fratres: quia ecce nō facitis sicut dicitis. Ego autē ostendam vobis. quia operans manibus meis sine intermissione oro. Sedeo enim iuuāte deo infundēs mihi paucas palmulas. ⁊ facio ex eis plectā ⁊ dico. miserere mei deus. ſm magnā misericordiā tuā. ⁊ secūdū multitudinē miseratōnū tuarx: dele iniquitatem meā. ⁊ dicit eis. Oratio est. an nō? Et dixerunt ei. etiam. Et ille dixit. Quando ꝑmansero tota die laborās ⁊ orās corde vel ore. facio plus minus sedecī nummos: ⁊ pono ex eis ad hostiuz duos. ⁊ resī duos māduco. ⁊ qui acceperit illos duos denarios: orat ꝓ me tēpore quo ego mādūco vel dormio. atq; ita ꝓ gratiā dei impletur in me quod scriptum est. sine intermissione orate. Interrogauerunt quidaz abbatem Macharium: dicentes. Quomodo debemus orare? ⁊ dixit eis senex. Non opus est multū loqui in oratione. sz extendi manus frequenter. ⁊ dici: domine sicut tu vis ⁊ sicut tu scis miserere: mei Si autem instat bellum in animo: dicite dñe adiuua me. ⁊ quia ipe scit que expediunt: facit misericordiam nobiscum. dicebant de abbate Syloi: quiā nisi cito de/

poneret manus suas quãdo stabat ad ora tionem:rapiebatur mens eius in superio/ ra.Si ergo contingebat cum eo aliquem fratrem orare. Festinabat cito deponere manus:ne raperetur mens eius et mora/ retur.Dicebat aliquis senex. quia assidua oratio corrigit mentem. Dicebat quidam patrum.quia sicut impossibile est vt vide/ at quis in aqua turbida faciem suam:sic ꝛ anima.nisi purgata fuerit a cogitationi / bus alienis.contemplatiue non potest ora re deum.Uenit quidam senex aliquando in montẽ Syna.ꝛ cũ exiret inde occurrit ei frater in via.ꝛ ingemiscens:dicebat se/ ni illi.Affligimur abba ꝓpter siccitatem q; nobis non pluit. Et dicit ei senex.Qua re non oratis ꝛ rogatis deũ? At ille dixit. Et orationẽ facimus.ꝛ deprecamur assi/ due deũ:ꝛ nõ pluit. Et ait senex.Credo q; non oratis attentius. vis autẽ scire q; ita est? Ueni stemus pariter ad orationem. Et extendẽs in celũ manus orauit.ꝛ statim pluuia descendit.Quod cũ vidisset frater ille:timuit.ꝛ ꝓcidens adorauit eũ. Statim aũt senex fugit illinc. Narrauerunt fra/ tres:dicentes.Quia venimus aliquando ad quosdã senes.ꝛ cũ ex more facta esset oratio:salutãtes iuicẽ sedimus. Et postq̃ locuti sumus:cũ discederem⁹: popositim⁹ vt rursus fieret oratio.dixit autẽ vnus il lorũ seniorum ad nos.quid enim? Nonne orastis? Et nos diximus etiã. Sed quãdo intrauimus pater tunc est facta oratio:ꝛ ex illa hora vsq̃ modo locuti sumus. Et ille dixit. Ignoscite mihi fratres:q; vobis cum sedens qdam senex ꝛ loquens,centũ ꝛ tres orationes fecit. Hoc cũ dixisset fa cta oratõe dimiserunt nos. Explicit li/ ber de eo q̃ sine itermissiõe ꝺbeat orari. Incipit liber ꝺ hospitalitate ꝛ misericordia

Erexerunt aliquando quidam pa trum ad abbatem Josepb in pa/ nefo: vt interrogarent eum.de susceptio/ ne fratrum.qui superuenunt ad eos.si de berent sibi relaxare abstinentiam cum ip sis ꝛ congaudere cum eis:ꝛ priusq̃ inter rogarent eum.dixit senex discipulo suo: Considera quod facio hodie ꝛ expecta.ꝛ posuit duo sedilia ꝛ scirpo in fasciculis li/ gata.vnum ad dexterã suã.ꝛ vnũ ad sini/ stram.ꝛ dixit.Sedete.Et intrauit in cellã suam.ꝛ vestiuit se res vetustas.ꝛ exiẽs ꝓ cessit in mediũ illoꝝ.Et iterũ itrauit ꝛ ve stiuit se rescellis suis.quibus prius indut⁹ fuerat.ꝛ egressus itex sedit in medio eoꝝ Illi aũt stupẽtes ꝺ eo quod fecerat senex interrogauerũt euꝫ quid hoc esset:ꝛ dixit eis.Uidistis quid feci.qui dixerunt.etiaꝫ ꝛ ille dixit. Ne mutatus sum ego propter contumelioſã vestẽ.ꝛ dixerunt.non dixit iterũ senex.ne lesus sum de meliori veste Et responderunt.non.ꝛ ille dixit. Sicut egoipse sum in vtriq̃.ꝛ sicut priori veste mutatus non sum.nec sequenti lesus: ita debemus in fratrũ susceptione facere. si/ cut in euangelio sancto dominus loquit̃ date inquit que sunt cesaris cesari: ꝛ que sunt dei deo.Quando ergo est presentia fratrũ.cũ gaudio debemus suscipere eos quando vero soli sumus.opus habemus lugere. Illi autẽ audientes admirati sunt q̃ ea que in corde eoꝝ erant vt interroga rent:prius agnouit.ꝛ glorificauerũt deũ Dixit abbas Cassianus.Quia venimus a palestina in egyptum ad quendam pa/ trum:ꝛ cum bospitalitatem nobis impen/ disset: interrogauimus eum. quare tem/ pore susceptionis fratrum regulam non custodiret ieiunij.sicut in palestina fit. Et respondit. Jeiunium semper mecum est: Uos autem non semper mecum tenere possum. Et ieiunium quidem quamuis vtile ꝛ necessaria res sit.in nostra volun/ tate est: caritatis autem plenitudinem. Lex dei exigit a nobis.Unde suscipiens vos in christo:debeo exhibere que cari/ tatis sunt. Cum omni sollicitudine:cum autem dimisero vos regulam ieiunij pos/ sum recuperare:quoniam non possunt fi/ lij sponsi ieiunare q̃diu cum illis est spon sus: cum autem ablatus fuerit sponsus tunc ex sua potestate ieiunabunt. Dixit iterum qui supra: Quia venimus ad

aliũ senẽ: ⁊ fecit nos gustare: ⁊ hortabatur nos iã satiatos adhuc sumere cibũ. Et cũ dixissem: quia iã non possum: ille respõdit. Ego hodie superueniẽtibus fratribus series mẽsã posui: ⁊ dũ singulos hortor. etiã ego series manducaui: ⁊ adhuc esurio: tu vero semel manducans ita satiatus es: vt iã mãducare non possis? Datũ est aliquã do mãdatũ ĩ scitbi vt ieiunarent illa hebdomada: ⁊ facerent pasca. Contigit aũt: vt in ipsa hebdomada venirẽt ad abbatẽ Moysen fratres qdã ab egypto: ⁊ fecit eis pulmentũ. Et cũ vidissent vicini fumũ: dixerunt clericis ecclesie que illic erat. Ecce Moyses soluit mãdatũ: ⁊ coxit apõ se pulmentũ: Illi aũt dixerunt. Quando venerit loquemur ei ⁊ nos. Facto aũt sabbato videntes clerici magnã conuersationẽ abbatis. Moysi. dicunt ei corã omni plebe. O abba Moyses: mandatũ quidẽ hominũ soluisti: sed dei mandata fortiter alligasti. Frater quidã venit ad abbatẽ pastorẽ in secũda hebdomada quadragesime: ⁊ dicens ei cogitationes suas: atq; ĩ eius respõsione inueniens requiẽ. Dixit ei. Jn modico ĩpedire habui ne venirẽ ad te hodie. Et dixit ei senex quare? Et ille dixit. Metuebã vt propter quadragesimã non mihi aperiretur. Et respõdit ei abbas pastor. Nos nõ vidicimus ianuam ligneã claudere. sed magis lingue ianuaz cupimus clausam habere. Frater quidam dixit abbati pastori Si vedero fratri meo modicuz panis aut aliquid aliud: demones polluunt illud. vt videatur ad placendum hominibus fieri Dixit ei senex. Si ad placendum hominibus fiat tale opus: nos tamen debemus fratribus prebere quo egent. Dixit autem ei et parabolam talem. Duo homines erãt agricole habitantes ĩ vna ciuitate. ⁊ vnus ex eis seminans: collegit pauca et sordida alius negligens seminare omnino nihil collegit. Si ergo fiat fames: quis duorum potest euadere? Et respondit frater. Jlle qui fecit q̃uis parum atq; modicum. Et dixit ei senex. Jta et nos seminemus pauca: etsi immũda: ne famis tẽpore moriamur. Frater quidã venit ad quendam solitariũ. ⁊ cũ ab eo egrederetur dixit. Jgnosce mihi abba: quia ĩpediui regulã tuã. Jlle respondit ⁊ dixit ei. Mea regula est vt recipiã te in hospitalitatẽ: ⁊ cũ pace dimittã. Solitarius quidam habitabat non longe a congregatione fratrũ. operationes faciens plurimas. Contigit aũt quosdã venire ad monasteriũ illud: vbi congregatio erat: ⁊ pergẽtes ad solitariũ illũ: fecerunt eũ extra horã manducare. Postea vero dixerunt ei fratres illi. Non contristaris abba? Et ille respondit eis. Mea tristitia est: si fecero ꝓpriã voluntatẽ. Dicebant de quodã sene in Syria. quia iuxta viam beremi habitabat ⁊ hoc erat opus eius: vt quacũq; hora veniret monachus de beremo: cuz fiducia faciebat eum reficere. Uenit ergo aliquãdo vnus solitarius: ⁊ ille petebat ab eo: vt gustaret: Qui cum nollet gustare dicẽs: ego ieiunium non violabo: contristatus senex dixit ei. Ne pretereas puerum tuum obsecro: neq; despicias: sed veni oremus. ecce enim arbor est hic: que cui nostrum orante ⁊ genu curuante inclinata fuerit: ipsam sequamur. Curuauit ille solitarius genu ĩ oratione: ⁊ nihil factum est. Flexit autem senex ille qui eum susceperat genu: ⁊ statiz curuata est etiam arbor illa cũ ipso: Quod cum vidissent gauisi sunt: ⁊ gratias egerũt deo semper mirabilia facienti. Uenerunt aliquando duo fratres ad quendam senez Consuetudo autem erat seni: non manducare quottidie. Qui cum vidisset fratres: gaudens suscepit eos: et dixit. Jeiunium suam mercedem habet. Et iterum. Qui manducat propter caritatem: duo manducat impler: quoniam voluntatem propriam dereliquit. et mandatum implebit reficiens fratres. Erat quidam senum in egypto habitans in deserto loco. Erat etiam alter longe ab eo Manichaeus: ⁊ hic erat presbyter: ex his quos ipsi vocant presbyteros: qui cũ vellet pergere ad eiusdẽ erroris hominẽ: cõprehẽdit eũ nox in loco illo quo erat vir ille scũs. ⁊ orthodoxus: ⁊ anxiebat volẽs pulsare vt maneret apõ eũ

Secunda pars

uertas in fontes aquaꝝ. Dixit abbas Oꝛsisius. Si fragmen crude tegule ī fūdamēto mittat. vbi iuxta sit fluuius. non sustinet vnuz diez. cocta autez permanet velut lapis: ita est homo qui carnalez sapientiam habet ⁊ non est tēptationuz igne excoctus sicut ⁊ Joseph. Huiuscemodi enī verbo dei resoluitur. qui cuz initiuz fecerit: multis tēptationibus in medio hominū agitat. Bonuz est enim vt quis nouerit mensuras suas. ⁊ declinet in initio pondus: fortes autē in fide īmobiles sunt. Nam de ipso sancto Joseph si velit aliquis loqui: dicet qꝛ nec terrenus erat. Quanto tēptatus. in quali pꝛouincia. vbi nec vestigiuz erat diuini cultus. Sed deus patꝝ eius erat cuz eo. qui eripuit cuz ex omni tribulatione: ⁊ nūc est cū patribus suis in regno celoꝝ. Et nos ergo agnoscentes mēsuras nostras certemꝰ vix enim possumꝰ nos effugere iuditiū dei. Senex quidaz erat solitarius vacans ī heremo: ⁊ dicebat in semetipso quia perfectus esset in virtutibus. Hic oꝛauit deū dicens. Ostende mihi quid desit perfectioni mee. vt faciaz. Uolens autē deus humiliare cogitationes eius: dixit ei. Uade ad illuz archimandritā: ⁊ quicquid tibi dixerit facito. Reuelauit autē deus archimādrite illi. anteqꝫ ille veniret ad eū dicens. Ecce ille solitarius veniet ad te. dic ergo illi vt tollat flagellū. ⁊ vadat ⁊ pascat tibi porcos. Ueniens ergo senex pulsauit ostiuz. ⁊ ingressus ē ad archimandritā illū. Et cuz se salutassent: sederūt. Et dixit ei solitariꝰ ille qui venerat. Dic mihi quid faciā vt siz saluꝰ? Et dixit ille. Facies quodcūqz dixero tibi? Et respōdit. etiā. Et dixit ei. Ecce tolle flagellū ⁊ vade pasce porcos. Hi aūt q eū nouerāt ⁊ audierāt ꝺ eo: cū audirāt qꝛ porcos pasceret: dicebāt. Uidistis illū magnū solitariū ꝺ quo audieramꝰ? Ecce stupuit cor eius. ⁊ a demonio vexatur ⁊ pascit porcos. Uidens autē deus humilitatem eius: qꝛ ita patienter sustinebat opprobria hominū: precepit eū iterū redire ad locū suum: Quendā senē monachū solitariū. Homo q a demōio vexabat ⁊ fortiter spumabat: percussit in maxillā. Senex vero conuertit ei aliā maxillā. Stati demon non ferēs incendiū humilitatis illius mox exiliuit ab eo. dixit senex quidā. Nī cogitatio superbie aut elationis cor tuuz intrauerit scrutare cōsciētiā tuā. Si oīa mandata diuina custodisti: si īimicos tuos diligis. si gaudes in aduersarii tui glorificatione. etsi cōtristaris ī minoratōe eius: ⁊ si cognoscis teipm esse inutilē seruuz ⁊ omniū peccatoꝝ deteriorē eē. Sz nec tūc ita de te sentias: quasi omnia correxeris sciens qꝛ huiusmōi cogitatio tua vniuersa resoluet. dixit senex cuidā: Non apponas cor tuū aduersus fratrē dicens. quia tu illo sobꝛior ⁊ cōtinentior ⁊ intelligētior sis. sed subditus esto gratie dei ī spū paupertatis: ⁊ p caritatē non fictā: ne spū exaltationis elatus perdas laborē tuuz: sed esto spiritali sale conditus ī cꝛisto: Dixit senex. Quia si quis pluscꝫ dignus est honoꝛatur aut laudatur amplius patitur detrimētū qui aūt omnino nō fuerit ab boībus honoratus: hic in celestibus honoꝛabitur. Frater aliquis interrogauit senem dicens. Bonum est assidue penitere? Et respondit ei senex. Uidimus Jesum filium naue quia cum pꝛonus iaceret in facie apparuit ei deus. Interrogatus senex quare ita inquietaretur a demonibus. respondit. Dico quia arma nostra abiicimꝰ: quod est cōtumelia: ⁊ humilitas patientia ⁊ paupertas. Frater quidam interrogauit senez dicens. Si quis frater tulerit ad me de foꝛis cogitationes suas: dicaz ei vt nō eas afferat ad me? Et respondit ei senex. Noli. Et dixit frater. Quare? Respondit ei senex: quia nec potuimus id custodire: et ne forte cum dicimus pꝛoximo ne faciat illud: inueniamur et nos postea idipsuz facientes. Et dixit frater. Quid ergo debet fieri? Et respondit ei senex. Si voluerimus taciturnitatem seruare: sufficit pꝛoximo modus ipse. Interrogatus est quidaz senex: quid esset humilitas. Et ille respondit. Si peccanti fratri in te ignoueris: anteqꝫ apud te penitentiam agat. Di-

Ait senex. In omni temptatione non cul/
pes hominē sed temetipsum tantuz dicēs.
quia pro peccatis meis hec euenerunt mi
hi. Dixit senex. Nunq̄ pretereui ordinē
meum. vt altius ambularez: neqz sum ali
quando in humilitate positus. Dis enī co
gitatio mea in hoc erat vt deprecarer de/
um: quousqz spoliaret me veterem homi
nem. Frater quidā interrogauit senem
dicens. Quid ē humilitas? Et respōdit ei
senex. Ut benefacias bis qui tibi male fa
ciunt. Et dixit frater. Ut perueniat homo
in hanc mensurā quid faciet? Respondit
ei senex. Fugiat eligens taciturnitatē.
Frater aliquis interrogauit senē dicens:
Quod est op9 peregrinationis? Et ille di
xit ei. Scio fratrē peregrinantez qui cuz
inuentus cēt in ecclesia. z contigisset ibi fi
eri agapen: sedit ad mensaz vt manduca/
ret cum fratribus. Dixerunt autez quidā/
Jstū hic quis tenuit? Et dixerunt ei. Sur
ge z vade hinc foras. Qui surrexit z abiit.
Alii vero contristati ō expulsiōe ei9 egres
si sunt z reuocauerūt eū: post hec interro/
gauit eum quidā dicens. Quid putas est
in corde tuo: quia expulsus es: et iteruz re
uocat9? Et ille dixit. Posui ī corde meo
quia equalis essem cani. qui quando inse
ctatur foras egredit: quando autez voca
tur ingreditur. Uenerunt quidā aliquan/
do de thebaida ad quendam senem. habē
tes secuz vnū qui a demonio vexabatur:
vt curaretur ab illo sene. Senex vero cū
diu rogaretur, dixit demoni. Exi ō factu
ra dei. Et respondit demon. Exeo. sed in/
terrogo te vnum sermonē. vt dicas mihi
Qui sunt hedi: z qui sunt agni. Et dixit se/
nex. Hedi quidē tales sūt q̄lis ego: agnos
vero deus scit. Et audiens demon clama
uit voce magna dicēs. Ecce propter istaz
humilitatē tuaz ego exeo. Et exiuit eadē
hora. Manebat quidaz monach9 egy/
pti9 ī suburbano cōstātinopolitane ciuita
tis: z dū trāsiret Theodosi9 iunior impe/
rator p viam illā: reliquit omnes qui ī ob
sequio eius erant: z venit solus ī cellā ei9:
z pulsans ad hostium monachi: aperuit
ei monach9. Uidens autē euz agnouit q̄
imperatorem esset: sic tamen suscepit eū tan/
q̄ vnum ex officio militantium. Cum
ergo introisset fecerunt orationez z sede/
runt. Cepit autem eum interrogare impe
rator dicēs. Quomodo sunt patres ī egy
pto. Et ille respondit. Orāt pro salute ve
stra omnes.. Imperator autē circunspici/
ebat in cella eius si quid haberet: z nihil
ibi vidit nisi paruam sportellā. habentem
modicū panis z lagenā aque. Et dixit ei
monachus. Gusta modice. Et ifudit ei pa
nem: z īmisit oleū z sal: z māducauit z de
dit ei aquā bibere. Dixit aūt ei īperator.
Scis quis sim ego. Et ille dixit ei? Deus
te scit quis sis. Tūc dixit ei. Ego suz The
odosi9 imperator. Ille autē statim adora/
uit salutans eum humiliter: z dixit īpera/
tor. Beati estis vos monachi: qui securaz
vitā habetis. et nō cogitatis de hoc secu
lo. Ueritatē dico: quia in īperio natus sū
et nunq̄ ita delectatus suz pane et aqua.
sicut hodie. Satis enim et libenter come
di. Et cepit ex tunc honorare euz impera/
tor. Senex ergo egrediēs fugit: et iteruz
venit in egyptuz. Dicebāt senes. Quia
quando tēptamur tunc magis hūiliamur
quoniaz deus sciens infirmitatem nostrā
protegit nos: si autem gloriamur aufert a
nobis protectionem suā: et perimus. Cui
dam fratri apparuit diabolus trāsforma/
tus in angeluz lucis: et dixit ad euz. Ego
sum angelus gabriel. Quare clausisti ocu
los tuos. Ego sum missus ad te. Ille autē
dixit ei. Uide ne forte ad alium missus sis
ego enim non sum dignus vt angelus mit
tatur ad me: diabolus autē statim non cō
paruit. Dicebāt senes. Quia si vel pro
veritate angelus tibi appareat non susci
pias facile: sed humilia temetipsuz dicēs.
Non sum dignus videre angeluz. viuēs
in peccatis. Narrauerūt de alio sene: qa
sedens in cella sua et sustinens temptatio
nes viderit demones manifeste: et cōtem
pserit eos. Cum autem diabolus se vide/
ret vici a sene: venit et ostēdit se ei dicēs.
Ego suz xp̄s: quare clausisti oculos tuos.

Et respondēs senex dixit ei. Ego hic xp̄m nolo videre: sed in alia vita. Audiens autem hec diabolus non comparuit. Alterum senem volentes seducere demones dixerunt ei. Uis videre xp̄z? Et ille dixit. Anathema vobis: ꝛ de quo dicitis. Ego autem meo christo dicenti credo. Si quis vobis dixerit ecce hic christus. ecce illic. nolite credere. Quo dicto statim non cōparuerunt. Narrauerunt de alio sene. quia perseuerauit ieiunās septuagīta hebdomadas: semel in hebdomada reficiens. Hic postulabat a deo de quodam sermone scripturaꝝ sanctaruz. ꝛ non reuelabat ei deus. Dixit ergo in semetipso ecce tantum laborem assumpsi ꝛ nihil profeci: vado ergo ad fratrem meum ꝛ requiram ab eo. Qui cum egressus clausisset hostium vt abiret: missus est ad eū angelus domini dicens. Septuagīta hebdomade quas ieiunasti non te fecerūt proximū deo. nūc vero quādo ita būiliatus es: vt ad frez tum pgeres missus suz tibi indicare sermonez. Et apiens ei de re quā q̄rebat discessit angelus ab eo. Dicebat senex qdaz. Quia si quis timore dei ꝛ būilitate iniungit fratri aliqd facere: ꝑmo lip̄e qui ꝓpter deū egreditur: facit fratrē illū subiectum existere: ꝛ iplere quod fuerat iperatuz: si autē quis volens iubere fratri. ꝛ non hoc ꝑm timorē dei fecerit: sed quasi p auctoritatez: volens sibi in eo potestatē defendere: deus videt occulta cordis. nō pmittit eū audire vel facere qđ iubet. Mānifestū est enī opus quod ꝑm deū fit: ꝛ itex manifestuz est: qđ p voluntate aut potestate iungit: qm̄ quod a deo ē cū būilitate ꝛ obsecratiōc iperat qđ autē ex potestate est: cū furore ꝛ pturbatione: vtpote qm̄ a maligno ē. Dixit senex volo uici magis cū būilitate q̄ vincere cū superbia. Dixit senex: non cōtēnes astantē tibi: qm̄ nescis vtruz in te sit spiritus dei: an i illo. Assistē tē autē tibi dico eū: q minister tuꝰ ē. Frat aligs interrogauit senē dicēs. Si hito cū illis frib⁹ ꝛ video aliquā rez iconueniētē pis vt loq̄r? Et dixit ei senex. Si sunt aliq maiores tibi aut coetānei. tace magis: ꝛ regez habebis. In hoc enī q̄ te minorē faci es. etiam securum te reddes. Dicit ei frat. Quid ergo facio pater? pturbat enī me spiritus. Dicit ei senex. Si laboras: cōmōe facito semel humiliter Si autem non obe diūt tibi: relique laborē tuū in cōspectu dei. ꝛ ipse te cōsolabitur. Hoc est enim vt proiicit se di cultor coraz deo: ꝛ relinquat ipse voluntates suas. Attende aūt tibi vt secunduz deū sit solitudo tua: ꝛ tamē quo modo video. bonū est tacere. Humilitas enīz tibi est taciturnitas. Frater qdam interrogauit senē dicēs. Quid ē profectꝰ hominis? Et rn̄dit ei senex. profectꝰ hominis est humilitas. Quātum enim quis ad humilitatē inclinatus fuerit. tantuz eleuabitur ad profectum. Dixit senex. Quia si quis dicat alicui ignoscite mihi. humilians se: conburet demones temptatores Dixit senex. Si acquisieris taciturnitatē nō habeas apud temetipsuz. quasi aliquā virtutem iam obtinueris: sed dic quia īdignus sum loqui. Dicebat senex quidā. nisi velauerit pistor oculos āimalis circueuntis ad molam. conuertet se āimal ꝛ comedet labores suos: ita ꝛ nos velamē accipimus secūdum dispensationem dei. ne videamus q̄ operamur bona. ꝛ beatificā/tes forsitan nosmetipsos qdamꝰ mercedez nostrā. Propterea ergo relinquimur p interualla temporuz simul ꝛ semel sordidas cogitationes assumere: vt cū easdem cogitatiōes aspicimus. nosmetipsos ppio iuditio condemnemus. De enim sordide ipse cogitatiōes: velamē sint ipsius modi dici boni opis. Quādo aūt hō se ipsū accusat. n̄ pdit mercedē suaz. dixit senex qdā volo magis doceri q̄ docere. Item dixit. Non doceas an̄ tempꝰ: alioquin oī tēpore vite tue minoraberis itellectu. Interrogatus ē quidā senex. qd ē humilitas: Et rn̄dens dixit. Humilitas magnū opus est ꝛ diuinū. Uia aūt humilitatis hec ē. vt labores corporales assumi debeāt. ꝛ ascribat seipsuz hō peccatorem: ꝛ ponat se subiectum omnibus. Et dixit frater. Quid ē

esse sub hominib⁹?" Respondit senex. ℞ est esse subiectū hominibus: vt non attendat quis aliena pctā: sed sua semp aspiciat: et dep̄cetur sine itermissione deuz. vt ignoscat. Rogauit quidā frater senez dicens. Dic mihi vnā rē quam custodiā z viuā per eam. Et dixit ei senex. Si potueris contumeliam pati z sustinere: magnū est hoc. et super omnes ⁊tutes. Dixit senex. Qui cōtemptum z iniuriā z damnū patiēter fert potest saluus eē. Dixit senex cuidā. Nō habeas noticiā cū abbate: neqz frequēter adiungeris ei: qm̄ ex hoc fiduciā sumes: et desiderare incipies vt teneas etiā ipe primatum. Frater quidā erat in congregatione: z omne pond⁹ quod fratribus imineb at ipe suscipiebat: ita vt se etiā in fornicatione accusaret. Quidā autez fratres ignorantes act⁹ ei⁹ ceperūt murmurare aduersus eū dicentes. Quanta mala fec hic: z nec operat: Abbas autē sciens quē agebat fr ille dicebat fribus. Uolo vnam mattulā isti⁹ fratris cū būilitate: q̄s omnes vr̄as cū superbia. et vt demonstaret ex dei iudicio: qlis esset frater ille: attulit oia q̄ opati fuerāt alii frēs z mattā eius de q̄ querebāt: z accendit ignē. z iactauit i mediū: cōsumptaqz sunt opera z matte illoz oia: matta autem fratris illius ille sa pmā sit. Hoc aūt videtes illi fratres timuerūt e penitētiā corā illo egerūt bn̄tes eum de inceps velut patrez. Interrogatus ē q⁹dam senex quomō quidā dicerent videre se aspectū angeloz. et respōdit dicens. Beatus est qui pctm̄ suum semp videt. Frater aliqs cōtristabatur aduersus aliū fratrē. Quod audiēs ille venit satisfacere ei. Ille aūt nō aperuit ei ostiū celle sue. Perrexit q̄ ille ad quēdā senem: z dixit ei cām. et rn̄dit ei senex. Uide ne q̄si iusticiaz adhibeas cāe apō teip̄m i corde tuo tā q̄s culpatur⁹ frez tuū: vt q̄si illū rep̄bēdas z teip̄z iustifices: z pp̄ea n̄ tetigit de⁹ coz ei⁹ vt aperet tibi. Uex tn̄ best qō dico tibi vt si vl ille peccauit i te pōas i corde tuo qa tu i illo peccaueris: z frez tuū iustifica: z tūc ⁹ous vat i coz de illi⁹ cozdare tecū. et narrauit illi exemplum tale: dicens. Duo quidam erant seculares z religiosi: z colloquentes secuz. egressi sunt. et facti sunt monachi. emulationem autem habentes vocis euangelice: sed non secundum scientiā: castrauerunt se quasi propter regnum celorum: Audiens autem hoc archiep̄us: ex cōmunicauit eos. Illi autez putantes qa bene fecissent. indignati sunt contra eum: dicentes. Nos propter regna celorum castrauimus nos: z excōmunicauit nos. Eamus z interpellemus aduersus cuz. hierosolimorum archiepiscopuz. Abeuntes ergo: indicauerunt ei hec omnia et dixit eis archiepiscop⁹ hierosolimitan̄. et ego vos excommunico. ex quo iterum contristati. abierūt antiochiam ad archiepiscopum. z dixerunt ei omnia que acta fuerāt circa se. Et ille similiter excommunicauit eos z dixerunt ad semetipsos. Eamus romaz ad patriarcham: z ipse nos iudicabit de omnibus istis. Eūtes ergo ad sumū archiepiscopum romane ciuitatis: fugesserunt ei que fecerunt eis memorari episcopi. dicentes. Uenim⁹ ad te: qa tu es caput omnium. dixit eis⁹ et ipse. Et ego vos excomunico: z segregati eritis. Tunc desperunt extores totius cōsilii: z dierūt ad semetip̄os: Isti episcopi sibinuicē desperunt z consentiūt. propter quod in synodis cogregātur: ſz eamus ad illū virū dei sanctuz epiphaniū. episcopū de cipro qa prophetā ē z personā hominis nō accipit. Cū autem p̄rimarēt ciuitati ei⁹ reuelatū ē ei de ip̄is z mittēs in occursū eoz. mādauit eis: Ne ītretis ciuitatē istā. Tūc illi ī se reuersi: dixerunt. In ⁊itate nos culpabiles sum⁹. Ut qd q̄ nos ip̄os iustificam⁹? Nūqd qa illi nos iniuste excōmūicauerūt. etiaz z iste p̄pheta? Ecce. n. de⁹ reuelauit ō nobis. et rep̄bēderūt semetip̄os valde simili z culpā quā fecerāt. Tūe videns deus q̄ corda nouit: qz se i ⁊itate culpabiles fecerāt reuelauit ep̄o epyphāio. z ultro misit z adduxit eos. Et consolatos eos suscepit in communionem. z scripsit de eis archiepiscopo Alexandrie: dicens. Suscipe

filios tuos:quoniam in veritate penitẽti/
az egerũt. Et addidit senex.qui hoc exem
plum narrauerat:dicens. Hec est sanitas
hominis z hoc est quod vult de⁹.vt homo
culpaz suam proiiciat ante deum. Hec cũ
audisset frater:fecit secunduz verbũ sẽis.
z pergẽs pulsauit ostium fratris. Ille autẽ
mox vt sensit euz.primus apud illum de/
intus penitentiam gessit.aperuitqz statim
ostium z osculati sunt seinuicem ex ani/
mo:z facta est iter vtrosqz pax magna
Duo monachi qui erant etiã carnales fra/
tres.habitabant simul:z.volebat diabo/
lus separare eos ab inuicem. Semel er
go vnus qui erat iunioz etate incendit lu/
cernam.z posuit eam super candelabzum
Fecit autem opera sua demon z euertit
candelabzum:pzo qua re cecidit eum ma/
ioz frater cum ira. Ille autem penitentiaz
egit:dicens ei. Habe patientiaz in me fra
ter:et iterum accẽdam eam. Et ecce vir/
tus domini venit:et torquebat demonem
illuz vsqz mane.Demon autem nunciauit
pzincipi suo:quid factum fuisset. Et audi/
uit sacerdos paganoꝝ id quod retule/
rat demon.z egressus fact⁹ est monach⁹:
et ab initio conuersationis sue tenuit hu/
militatem:dicens. Humilitas soluit om/
nem virtutem inimici sicut ego audiui de
mones loquentes dicendo.Quia quando
perturbamus mõachos.conuertitur vn⁹
ex eis.z agit penitentiam: et destruit om
nem virtutem nostram. Explicit liber de
Humilitate. Incipit liber ō ꝓnĩa.

Icebãt fratres de

abbate Helasio. qui habuerit co
dicem in membzanis: valẽtem solidos de
cem z octo. Continebat enim vetus z no/
uuz testamẽtũ totuz.z positus erat codex
ipe in ecclesia: vt qui vellet de fratrib⁹ le/
geret in eo. Superueniens aũt gdã fr̃ per
egrinus applicuit ad senẽ.z videns codicẽ
illũ concupiuit.z furat⁹ ẽ eum.z exiuit at/
qz discessit.Senex autem non est secutus
post eum vt comprehenderet eum.cuz vti
qz intellexisset quod fecerat. Ille aũt per
gens in ciuitateẽ: querebat cui venderet
euz. Et cũ inuenisset qui vellet emere.ce
pit sedecim solidos preciũ ipsi⁹ postulare
Ille vero volens comparare dixit. Da
mihi primum vt oñdam eum et sic dabo
tibi preciũ. Dedit ergo illi codicez ad ostẽ
dendũ alicui.Quem accipiẽs ille qui eme
re cupiebat.attulit eum ad abbatẽ Hela
sium.vt probaret si bon⁹ esset codex:aut
si tantuz valeret. Dixerat enim ei et quã
titatem quam venditoz postulabat. Et
dixit senex gelasius : Eme illũ quia bon⁹
codex est:et valet hoc preciuz quod dixit
tibi. Ille aũt rettulit venditozi aliter:et ñ
sicut audierat a sene.Dixitqz. Ecce osten
di codicem illũ abbati gelasio.et dixit mi/
hi quia bonus est:sed non valet quantuz
dixisti. Ille hoc audiens dixit ei. Nihil ali
ud dixit senex? Et respondit. Nihil. Tũc
dicit ei. Jam nolo vendere codicem istuz
Cõpunctus autẽ venit ad senẽ. penitẽtiã
agens:et rogans eũ vt codicem reciperet
Senex autẽ nolebat eum recipere. Tũc
dixit ei frater.Quia si nõrecipis eum:nõ
possum securus esse. Et dicit ei senex. Si
nõ potes securus esse nisi recipiaz:ecce re
cipio eũ. Et remansit frater ille apud euz
vsqz ad exitũ suum:proficiens de patien
tia senis. Factus ẽ aliquando conuen
tus in cellis pro quadam causa.et locut⁹
quidem Euagri⁹ abbas. Et dixit ei p̃sbi/
ter mõasterioꝝ. Scim⁹ abba Euagri:qa
si esses in patria tua forte aut episcopus
eras aut multoruz caput:nunc aũt bic ve
lut pegrinus sedes. Ille vero cõpunctus
non quidem turbulenter aliquid respon
dit:sed mouens caput: respiciens ad tuaz
digito scribebat et dixit eis. Reuera fra
tres ita est. Sedente aliquando abba
te Joanne breui statura.ante ecclesiã.cir
cundederunt eum fratres:et exquirebãt
ab eo singuli de cogitatiõibus suis. Qui
dam autem senex hoc audiens: accensus
inuidia dixit ei.Suriscula tua abba Jo/
annes.plena veneno est. Et respondit ei
abba Joannes. Ita est abba. Hoc autem
dixisti qrea que foris sunt tantũmodo vi

des. Si autē videres que intro sunt. quid eras dicturus? Dicebant de Joāne minore ō thebaida. qui fuit discipulus abbatis Antonii. qz duodeciz ānos fecerat i ministerio. seruiēs seni i infirmitate eius: t p⁹ hec sedebat super mattā. Senex vero contristabatur pro eo. Et cū multum laborasset cū illo: nunc̄ dixit ei. sanus esto. Quādo autē iam moriturus erat. residentibus senibus loci. tenuit manū ei⁹. t dixit. Sanus sis. san⁹ sis. sanus sis. Et tradidit eum senibus: dicens. Dic angelus ē. non bō Dicebāt de abbate hisidoro q erat in scithi qz sigs habuisset fratrē infirmū aut pusillanimē aut iniurioſū. t volebat eum expellere foras. ille dicebat. Adducite eum ad me. Et apprehendēs eū. patientia sua curabat animū fratris illius. abbas Macharius in egipto positus iuenit hominē q adduxerat animal. t rapiebat q̄ habebat. Jp̄e vero vt peregrinus astitit furi t adiuuabat eū ad animal onerandū: t cū omni quiete deduxit eū: dicens i semetipo. Nihil intulim⁹ in hunc mūdum: sed dominus dedit. et sicut ipse voluit ita factuz est: bñ dictus in oībus deus. Facta aliqñ cōgregatiōe fratrum in scithi cū voluissēt senes probare abbatē moysem contempserunt eum dicentes. Ut quid iste ethiops in medium nostrū venit? Ille aūt audiēs tacuit Cum vero dimissus fuisset conuent⁹: dixerunt ei bi q iniurioſe euz tractauerāt. Nec modo non es turbatus? Et ille respondit Turbatus sum: et non sum locut⁹. Paysius frater abbatis pastoris habuit effectum cum quodam monacho ex cella sua. Abbas autez pastor nolebat hoc. Qui cō surgens iuit ad abbatez āmonas: et dicit ei Frater meus Payſi⁹ habet cū quibusdā affectū quod ego nō libēter fero. Dicit ei abbas āmonas. Abbas pastor ad huc viuis: vade in cellā tuā. t pone in corde tuo qa iā ānū habes i sepulchro. Dixit abbas pastor. Oīs labor qcūqz euenerit tibi: extaciturnitate superat. Quidā frater lesus ab alio fratre vēit ad abbatē syſoi thebeum: t dixit ei. Jesus sū a quodaz fratre t volo me ego vindicare. Senex autē rogabat eū dicēs. Noli filiſz dimitte magis deo vindictā. Jlle atem dicebat. Non quiesco. donec me fortiter vindicauero. Dixit autē senex. Quia hoc semel statuisti apud te surge oremus. Et surgens senex: dixit. Deus iam nobis non es necessari⁹: qa nosipi t volum⁹ t possum⁹ nos vidicare. Hoc autem audiens frater. cecidit ad pedes senis illi⁹ dicēs. Jā ñ contēdā cū fratre illo. sz rogo: iḡsce mihi. Quidā vidēs quēdā religiosum portantē mortuū i lecto: dicit ei; mortuos portas vade. t viuētes porta. Dicebāt ō quodā monacho. qz quot qs appetisset aut exacerbasſz eū: tantomagis ille ad eū cōcurrebat: dicēs. Quia huiusmōi causa hoies corrigunt. ab his qui in conuersatione studiosi sunt. Nā qui eos beatificant magis confūdunt aias eox Scriptū est enim. Quia qui beatificant vos. seducūt vos. Uenerūt aliquādo latrōes in monasteriū cuiusdaz senis: t dixerūt ad eū. Oīa que in cella tua sunt: tollere volumus. Et ille dixit. Quantū vobis videtur tollite filii. Tulerūt ergo quodcūqz iuenerūt in cella senis: t abierūt. Obliti sūt autez ibi sacculū quod erat absconditū i cella. Senex vero tollens eum. secut⁹ ē post eos clamans t dicēs. Filii tollite quod obliti estis in cella. Jlli vero admirantes patientiā senis: reuocauerūt omnia in cellam ei⁹ et penitentiā egerunt omnes ad inuicem dicentes. Uic vere homo dei est.

Fratres quidam venerunt ad quendam senem sedentem in deserto loco. t inuenerunt foris extra monasterium puerum pascentez pecora t loquentez verba que non decebant. postq̄ vero viderunt senē t indicauerunt ei cogitationes suas: t de responsione eius se profeciſſe senserūt. dicunt ei. Abba quomodo acquiescis tecū habere pueros istos. t nō precipis eos vt constringātur. Et dixit senex. Credite mihi fratres dies habeo multos exqno volo eis precipere. t redarguo meipsum dicēs. Si hoc parum non portauero. quomodo maiorem temptationē si permiserit mihi

deus inferri: portare possum. Et pro / pterea nihil eis dico. vt fiat cõsuetudo por tandi ea que superuenerit. Narrauerunt de quodam sene. qui habuerit puerulum cohabitantem secum: & videns eum quia fecerit opus quod non expediebat ei dixit ei semel. Non facies hanc rẽ. & ille nõ obe diuit ei. Hoc autem senex videns. abiecit de cogitatione sua curam illius: iactãs p / prium iudiciuz super ipo. Puer autẽ clau sit ostium celle in qua erãt panes per tres dies: & dimisit senem ieiunuz: & non vixit ei senex. vbi es. aut quid facis foris? habe bat autem vicium senem. qui cum agno / uisset: ga tardaret puer ille fecit pulmentũ modice & dabat ei per parietez: & rogabat vt gustaret. Et dicebat seni: Quid tardat frater ille foris? Senex vero dicebat. Qñ ei vacauerit. reuertetur. Narrauerunt aliqui. Quia philosophi quidam aliquan / do voluerunt probare monachos: & venit vnus monachus transiẽs: stola indutus et bene vestitus: Et dixerunt ei philosophi. Tu veni huc monache. Ille vero indigna tus iniuriis agressus est eos. Trãsiit et al / ter monachus. magnus rusticus genere & ipi dixerunt ei: Tu mõache male senex veni huc. Ille vero cursim venit: & cepe / rũt ei alapas dare. Ille autez cõuertit eis aliam maxillaz. Statim vero philosophi il li surrexerunt: & adorauerunt eũ dicẽtes Uere hic ẽ monachus. Et fecerunt eũ se / dere i medio sui. & interrogauerũt eum di cẽtes. Quid ẽ quod plus facitis nobis i so litudine ista? Jeiunatis & nos ieiunamus. Castigatis corpora vestra. Et nos casti gamus. Sed quicqd aliud facitis: & nos faci / mus. Quid ergo plus facitis nobis seden tes i heremo? Respõdit eis senex. In gra tia dei spamus nos: & mentem nostrã cu / stodim9. Et illi dixerũt ei. Nos hoc custo / dire ñ possum9. Et edificati: dimiserũt eũ Senex quidam erat habens probatuz di scipulũ: quem aliquando cõtristans expu lit foras. Ille vero expectabat sedens fo / ris. Et aperiens senex ostium inuenit euz: & penitentiam egit apud eum dicens. Ab hodierno die tu pater meus. quoniam hu militas et patientia tua vicit pusillanimi tatem animi mei. Ueni ergo intus. ammo do enim tu pater et senex ego autem iuue nis & tuus discipulus: quoniam opere tuo superasti senectutem meam. Dicebat quidam senum qp audierit ab aliquo viro sancto esse iuuenes: qui ducatum prebeãt senibus i vita ista: & narrauit dicẽs. Quia erat quidam ebrios senex. et operabat vnam mattam in die: & vendebat eam in vicino vico: & bibebat quod accipiebat ꝺ precio eius. Postea ergo venit ad eum iu uenis quidam frater: & manebat cum ipo qui similiter operabatur & ipse mattã vnã Tollebat autem senex & vendebat: et am barum mattarum precium expendebat in vino. Illi autem fratri afferebat tantũ / modo modicum panis ad vesperã: Et cuz hoc triẽnio iugiter faceret. nihil locut9 est frater ille. Post hec vero dixit frater ille in semetipso. Ecce nudus sum: & panez cũ egestate comedo. surgam ergo et discedã hinc. Iterum autem cogitauit i semetipo dicens. Ubi habeo ire? Sedebo hic. Ego enim propter deum sedebo in hac vita cõ muni. Et statim apparuit ei angel9 domi ni dicens. Nusqꝫ discedas veniemus enĩ ad te cras. Et rogauit frater senem dicẽs Non discedas hinc alicubi. quia venient hodie mei tollere me. Cum ergo facta eẽt hora qua solebat senex descendere ad vi cum dicit fratri. Non venient hodie fili: iam enim tarde est. Et ille dixit ei. Omni no scias quia venient. Et dum hec loque retur: dormiuit in pace. Senex autem fle bat: dicens. Heu heu me fili: quia multis annis sub negligentia viuo: tu autem par uo tempore saluam fecisti per patientiam animam tuam. Et ex illo die factus est se / nex sobrius et probatus. Dicebant de quodam fratre: qui seni cuidam magno vicinus erat. quia ingrederetur et rape / ret quicquid habebat senex in cella sua. Uidebat aũt senex. et nõ obiurgabat euz sz extorqbat sibi pl9 solito mãib9 opari di cẽs. Credo op9 habz iste fr. Et exigebat a se

maiorē solito laborē ⁊ astringebat ventrē suum: vt cum indigentia comederet panez suum. Cum autem mori cepisset senex ille circunsteterunt eum fratres. ⁊ respiciens in eum qui furabatur ⁊ dicit ei. Junge te huc ad me: ⁊ tenuit ⁊ osculatus est manus eius dicens. Gratias ago istis manib⁹ fratres: quia propter ipsas vado ad regnum celoz. Ille autem conpunctus ⁊ penitētiam agens factus est ⁊ ipse probatus monachis exemplum sumens de actib⁹ magni senis illi⁹. Fuit quedā meretrix nomine Thais tante pulcritudinis. vt multi propter eam venditis substātiis suis pene ad vltimam peruenirent paupertatez: ⁊ amatores sui pre zelo litibus inter se consertis frequenter puelle limina sanguīe iuuenū replebātur. Quod cū audisset abbas Paphūcius sumpto habitu seculari ⁊ vno solido. profectus est ad eam ad quandam ciuitatem egypti deditqz ei solidum quasi p mercede peccandi. Illa accepto precio ait illi. Ingrediamur domum. Cum autē eēt ⁊ lectum preciosis vestibus stratum ascēdere inuitaretur dicit ad eam. Si est interius cubiculum in ipsuz eamus. Illaqz dixit. Est quidem cubiculum vbi nullus ingreditur. sz deo non ē locus qui diuinitatis eius oculis abscondatur. Quod cuz senex audisset dixit ei. Et scis esse deū? Cū autem respondisset se scire deum ⁊ regnū futuri seculi necnon ⁊ tormenta peccatorum. Dixit ei senex. Si ergo hec nosti: cur tantas animas perdidisti. vt non soluz pro tua. sed et illoz animabus reddita ratiōe damneris? Illa vero hec audiens prouoluta ad pedes abbatis paphūtii exorabat dicens. Scio esse penitentiaz pater. ⁊ confido remissionem peccatoruz sortiri te exorante. Tantum peto tribus horis induti as. vt post hoc vbi iusseris ad te veniam: ⁊ quodcūqz preceperis faciam. Cumqz locum illum abbas constituisset quo venire deberet illa collectis omnibus quecunqz ex peccato susceperat: perlatisqz in mediā ciuitatem combussit: clamās. Uenite oēs qui peccastis mecum: et videte quomodo ea que mihi contulistis exuram: Erat autem precium eorum bonorum quadringentarum librarum auri. Cumqz omnia consumpsisset in locum quem ei abbas cōstituerat perrexit. Quam ille reperto virginum monasterio. ī cella parua claudēs ostium celle plumbo signauit paruamqz fenestram reliquit per quam ei victus modicus inferretur. iussitqz omnibus diebus parum panis ⁊ paululū aque a ministris ministrari. Cum autem senex ostio plumbato discederet ait Thais. Quo iubes pater vt ex naturali meatu aquam meam fundaz? At ille respōdit. In cella. Sic enim digna es. Cum iteruz quemadmodum deum deberet orare inquireret. Dixit ei senex. Non es digna nominare deum neqz in labiis tuis nomen diuinitatis imprimere. sed nec ad celum manus expandere: quoniam labia tua iniquitate sunt plena et manus tue sordibus inquinate: sed tantummodo incunbens contra orientem aspice hunc sermonem semper iterans: q me plasmasti miserere mei. Cuz ergo tribus annis ita fuisset incluſa. condoluit ei abbas Paphuntius: et mox profectus est ad abbatem Antonium vt ab eo requireret: si remisisset illi deus peccata an non. Cum ergo causam rei narrasset conuocatis discipulis suis abbas Antonius precepit vt illa nocte omnes vigilarēt et in oratione persisterent singilatim: quatenus vni alicui ex his declararet deus causam pro qua abbas Paphuntius venerat. Cum ergo singuli secessissent ⁊ incessanter orassent abbas Paulus maior discipulus beati antonii abbatis. vidit subito in celo lectum preciosis vestib⁹ adornatum quem quattuor virgines clara facie custodiebant. Cunqz Paulus intrase diceret. Non est hec gratia alterius nisi patris mei Antonii: vox ad eum diuina facta est: ñ patris tui Antoni: sz Thais meretricis est. qō cum mane facto abbas paul⁹ retulisset: cognita dei volūtate abbas paphunti⁹ cuz gaudio discessit ⁊ pfect⁹ ad mōasteriū in q̄ erat iclusa ostiū

quod obstruxerat dissipauit. Illa vero petebat vt adhuc permaneret diutius inclusa. Cum vero aperuisset ostium dixit. Egredere: quoniaz deus dimisit tibi peccata tua. Illa respondit. Testor deũ quoniam ex quo hic ingressa sum: ex omnibus peccatis meis feci velut sarcinam: z statui ante oculos meos. Et sicut non discedit anhelit⁹ de narib⁹ meis vna hora. sic nec discesserunt peccata mea ab oculis meis sed flebam illa temp considerans. Cui abbas respõdit. Non propter penitẽtiã tuaz dimisit tibi de⁹ peccata tua: sed qa semp hunc timorẽ habuisti in animo. Et cuz cã inde eduxisset: quindecim dies superuixit tantũ z quieuit in pace. Quidaz frater sedebat in cella in egypto: magna humilitate precipu⁹. Habebat autẽ sororem ĩ ciuitate meretricem. que multis animabus perditio fuerat. Frequenter ergo monebant senes fratrem illũ: z vix potuerunt. ei persuadere vt veniret ad eam: quaten⁹ per admonitionẽ eius posset peccatuz qđ per eam fiebat terminari. Dum ergo veniret ad locum: quidã ex notis videns eum: precessit z nunciauit mulieri dicens. Ecce frater tu⁹ venit ad te de heremo. Illa aũt pre gaudio relictis amatoribus suis quib⁹ ministrabat: capite discooperto ad occurrendum fratri egressa est. Et cum vidisset eum: dum temptaret illum amplecti dixit ei ille. Soror mea carissima: parce iã anĩe tue: qm̃ propter te multi percunt. Considera quanta habes tormenta p̃parata: nisi cito penitere festinaueris. Illa autem cõtremiscens dicit ad eum. Et scis frater. quia est mihi salus: vl' ammodo? Cui ille dixit. Si volueris: adhuc salus tibi est. Illa aũt iactans se ad pedes fratris sui petebat vt eam secum duceret in desertum. Cui frat suus dixit. Uade z cooperi caput tuum: et sequere me. Cui illa respondit. Eamus ait velociter. Oportet enim me deformare: z inter homines pot⁹ nudo capite deambulare: q̃z in officinam peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularẽt monebat eam frater ad penitentiam. Videns autem ille: quia quidam fratres obuiarent ei: dicit ad eaz. Quoniam nec dñi omnes sciunt: q̃ soror mea sis: parũ de via secede: donec isti transeant. Quod cuz fecisset: postq̃z transierunt illi vocauit eam frater suus dicens. Ueni soror mea eam⁹ viam nostram. Illa autem non respondit ei. Perquirens ergo ille. inuenit eaz mortuam: z vestigia pedum eius plena sanguine. Erat enim discalciata. Tunc ille flens z eiulans nũciauit senioribus patrib⁹ oĩa que facta fuerant. At illi contendebãt inter se de saluatione ei⁹. Manifestauit autem domin⁹ vni seni de ipa: eo q̃ nulla cura illi fuit de re corporali: sed vt propriuz vuln⁹ sanaret neglexit omnia sua: z suspirauit grauiter. z fleuit pro peccato suo: ꝓpterea suscepit deus penitentiam eius.

Explicit liber de Penitentia
Incipit liber de Caritate

Irit abbas Antonius. Ego iam non timeo deum sed amo: quia amor foris mittit timorem Dixit iterum: quia de proximo est vita z mors. Si enim lucramur fratrem: lucrabimur christum. Si autem scandalizam⁹ fratrem in christũ peccamus. Abbas ã mon de loco nitrie venit ad abbatem anthonium: et dixit ei. Uideo quia maiorem laborẽ q̃z tu sustineo. et quomodo nomen tuum magnificatuz est in hominibus sup me. Et dixit ei abbas antonius. Quoniã et ego diligo deũ plus q̃z tu. Uenit aliquãdo abbas hylarion de palestina ad abbatem antoniuz in montem: et dicit ei abbas antoni⁹. Bene venisti lucifer: qui mane oriris. Et dicit ei abbas hylarion. Pax tibi columna lucis: qui sustines orbem terrarum. Dixit abbas marcus abbati arsenio. Quare nos fugis? Et dixit ei senex. Scit deus quia diligo vos: sed nõ possum esse cum deo et hominibus. Superiorum enim virtutum milia et milium milia vnã habent voluntatẽ: hñt hoĩes autẽ multas volũtates. Nõ possuz ego deũ dimittere: et venire et eẽ cũ hoĩb⁹. Dixit ab

bas agatbō. Quia ꝑm volūtatē meā nūq̄ dormiui: retinens in corde dolorē quēq̄ aduersus aliquē: neq̄ dimisi dormire ali quem habentem aduersum me aliquid.

Ascendente aliquādo de scitbi abbate Jo anne cum aliis fratrib⁹ errauit qui eis du catum prebebat in via. Erat enim nox: ⁊ fratres dixerunt abbati Joāni. Quid fa ciam⁹ abba: quia errauit frater iste de via ne forte moriamur errantes? Et dixit eis senex. Si dixerimus ei aliquid ꝺtristabit. Sed ecce facio me ipm quasi defunctū: ⁊ dico me non posse ambulare: sed iaceo bic vsq; mane. Et fecerunt sic. Sed ⁊ resídui dixerūt. Nec nos ibim⁹: sedebimus tecū. Et sederunt vsq; mane: ne obiurgarent fratrem illuz. Senex quidā erat in egy pto añq̄ veniret illuc abbas pastor. Jlle autez senex habebat noticiam hominum: ⁊ multuz honorez. Cum ergo ascendisset abbas pastor de scithi cum suis dimiserūt homines senez illum: ⁊ venerunt ad abba tem pastorem. Ductus autē inuidia senex male loquebatur de eis: Hoc audiens ab bas pastor contristabatur: ⁊ dixit fratrib⁹ suis: Quid faciemus de sene isto magno: quia nos in tribulationē miserūt homīes derelinquentes senē. ⁊ ad nos qui nibil su mus attēdentes? Quomodo ergo possu/ mus sanare eum? Et dixit eis. Facite ali/ quid ad gustandum: ⁊ tollite vasculum vi ni ⁊ eamus ad eum ⁊ simul gustemus: for/ sitan per hoc possumus sanare animū ei⁹. Tulerunt ergo quos parauerant cibos: et perrexerunt ad eum. et dū pulsasset osti uz: respondit discipulus eius dicēs. Qui estis. et illi dixerunt. Dic abbati tuo quia abbas pastor ē: et desiderat benedici per vos. Hoc autem nunciāte ei discipulo ei⁹ ille mandauit dicens: Uade q; mibi nō va cat. Jlli aūt perseuerantes in caumate di xerunt. non discedimus nisi meruerimus benedictionem senis. Senex autez vidēs perseuerantiam eor et humilitatē cōpū/ ctus aperuit eis: et intrantes gustauerūt cum eo. Cū vero manducarēt dixit senex In veritate dico minus est quod audiui ō vobis: centuplū eniz est quod video in opere vestro. Factus est ergo eis amicus ex illo die. Dixit abbas pastor. Conare se/ cundum virtutem tuam. nulli oīno face/ re malū: et castū serua cor tuū cuz oī bo mine. Iterum dixit, non est aliquid maius in dilectione q̄ vt aiam suā ponat qs pro ꝓximo suo: Et eniz sic⁹ audiens sermonē tristē cū posset ipse id facere: certet atq; sustineat ⁊ non contristet eum. vel etiam si lesus in re aliqua patiēter tulerit nō re tribuēs ꝺtristāti atq; ledenti se eo modo huiusmodi bō aīaz suā ponit ꝑ ꝓximo suo Contigit aliquando abbatem pambo iter cum fratrib⁹ in partes egypti facere ⁊ vi dens q̄sdam seculares sedentes dixit eis. Surgite ⁊ salutate et osculamini mona/ chos vt benedicamini. frequenter enim cū deo loquūtur ⁊ sancta sunt ora eor. Di/ cebāt de abbate papbūtio quia non cito bibebat vinū. Aliquando autē in itinere ambulans. superuenit in conuētū latronū ⁊ inuenit eos bibentes. Cognouit autem eum qui erat primus latronum. et sciebat quia non biberet vinū: Uidēs ergo eum de multo labore impleuit calicem vini et alia manu tenuit gladium euaginatum: ⁊ dicit seni. Si non biberis occidam te. Se nex vero sciens quia mandatum dei vult facere et volens eum lucrari. accepit et bi bit. Jlle vero ꝓceps latronū penitentiaz apud cū egit dicēs. Ignosce mibi abba. quia cōtristaui te. Et dixit ei senex Credo ī deo meo quia per hunc calicē faciat mi/ sericordiam tecum ⁊ in boc seculo ⁊ in fu/ turo. Et respondit latro. Et ego credo in deo quia āmodo non faciaz alicui quic q̄ mali et lucratus ē senex omne collegium illorum latronum. per id quod se propter deum dimisit voluntati eorū. Dixit ab bas biperitius. Eripe proximuz a pecca/ tis quāta tibi est virtus sine improperio. quoniam deus conuertentes a peccatis non repellit ase: Uerbum autem malitie ⁊ nequitie nō bītet in corde tuo aduersus fratrem tuum vt possis digne orare. pater dimitte nobis debita nostra sicut ⁊ nos di

mittimus debitoribus nostris Duo fratres erant in cellis. vnus autem ex eis senex erat: Et rogabat eum qui erat iuuenis dicens. Maneamus simul frater. Et ille dixit ei. Peccator sum & nō possū manere tecū. Ille autē rursus rogabat eū dicens. Etiā possum⁹. Erat autē senex ille mundus: et nolebat audire ga monach⁹ haberet in cogitatu fornicationē. Et dicit frater. Dimitte me vna hebdomada. et itex loquamur Uenit ergo postmodum iuuenis ille: & volens senem probare dicebat. In magnam temptationē incurri hebdomada ista abba. Pergens enī pro ministerio quodā in vico incidi in mulierē. Et dixit ei senex. Est tibi penitētia. Et dixit frater: etiā. Senex autē dixit. Ego tecū porto medietatē peccati huius. Tūc dixit frater ille. Nō scio quia possum⁹ simul esse: Et manserunt simul vsq; ad exitum suum. Dixit quidā patex: si quis te petierit rē aliquam & violēter prestiteris ei: sit volūtas animi in id qō datur: sicut scriptū ē: quia si quis te angariauerit vnū miliariū vade cum ipo duo. Hoc autē est vt si quis a te petierit rez aliquā: des ei ex aīo & spiritu. Dicebant de quodam fratre quia cum fecisset sportas & īposuisset eis ansas: audiuit vicinum suum aliuz monachū dicētē. Quid facio quia. proximū est mercatum: & non habeo ansas quas imponam sportelis meis. Ille vero resoluit ansas quas imposuerat sportelis suis. & attulit eas fratri illi vicino dicens. Ecce istas ansas supflu as habeo: tolle eas & īpone sportis tuis. Et fecit op⁹ fratris sui proficere ad quod opus erat: ꝓprium autem opus reliquit īperfectū. Dicebant de quodā sene ī sci/thi quia egrotauit & voluit māducare modicū panis recentis. Hoc autē audiēs quidam exercitatorū fratex: tulit melotē suā. & misit in eam panē siccū: & vadens in egyptum mutuauit illa pro pane recēti & attulit seni. Et cuz vidissent frēs panes illos recentes mirati sunt. Senex aūt nolebat gustare dicens. Quia sanguis frīs illi⁹ ē. Et rogauerūt illū frēs dicētes. Propter dñz comede: ne vacuū sit sacrificiū fratris istius. Atq; itaq; rogat⁹ cōedit. Frater quidaz interrogauit quendā senē dicēs. Duo sant fratres ex quibus vnus quiescit i cella sua. protrahens ieiuniū sex dierū: & multum sibi laborez īponens: alter vero egrotantibus deseruierit. Cuius opus magis acceptū ē deo? Respōdit ei senex. Si frater ille qui sex dieb⁹ ieiuniū leuat. appendat se per nares non pōt esse equalis illi q̄ īfirmantib⁹ deseruit. Interrogauit quidam senem quendaz dicens quō sunt modo quidam laborātes in cōuersatiōe: & nō accipiunt grāz sicut antiqui. Dixit ei senex Quia tūc caritas erat: & vnusq̄sq; ꝓximū suū trabebat sursuz: nunc autē refrigescēte caritate vnusq̄sq; ꝓximū suū deorsuz trahit: & propterea gratiaz non meremur accipere. Perrexerūt aliquādo tres fratres ad messem: & susceperūt certū spaciū sexagita modioꝝ: quod meterēt. Un⁹ aūt ex eis ipa prima die īfirmari cepit: & reuersus ē ad cellā suā. Duo aūt remanserūt: & dixit vn⁹ alteri. Ecce frī vides ga incurrit egritudinē frī nr̄. extorque ḡ tu animo tuo paululū: & ego meo similiter: & credim⁹ in deo: ga p oronē frīs nr̄i īplebim⁹ nos duo opa: & metam⁹ partē ipi⁹. Cum ḡ explicassent messem toti⁹ loci quem susceperāt venerūt recipe mercedes suas. & vocauerūt frēz illū dicētes. Ueni frī accipe laborē tuuz: Et ille dixit eis. q̄lē mercedē accipiaz ga nō messui: Et illi dixerūt ei. Oronib⁹ tuis consumata est messis: veni ergo & accipe mercedes tuas. Facta ergo plurima contentiōe inter eos de hac re illo scilicet dicēte: nō accipiā. ga nō laborauī: illis vo nō acqescētib⁹: nisi & ipe acciperet ptē suaz: abierunt ad iudicū cuiusdā magni senis: et dixit ei ille frī. Perreximus tres vt meteremus in agro cuiusdā viri ad mercedez. Cuz autē veniss̄emus ad locuz quem messuri eram⁹: ipa prima die i egritudinē cecidi: et reuersus sū in cellā meā nec vna die metere cuz eis ꝑualēs et nūc cogūt me frēs isti dicētes: veni accipe mercedes vbi nō laborasti. Dixerūt autez et illi frēs

Reuera nos tres perrexim⁹ metere: et suscepim⁹ spatiuz sexaginta modioꝝ qđ meteremus. Et si fuissem⁹ toti tres cum grandi labore vix potuissem⁹ explicare il lud:orationib⁹ aũt fratris huius nos duo velocius q̃z tres potuim⁹ ꝛ demessuim⁹ agrũ. ꝛ dicim⁹ ei veni:accipe mercedes tuas:ꝛ non vult. Hoc audiens senex mira tus est ꝛ dixit vni de monachis suis. Per cute signum in cella fratrũ: vt cõgregent se huc omnes. Qui cũ venissent dixit eis. Uenite fratres:ꝛ audite hodie iustum iu dicẽ. Et indicauit eis omnia senex. ꝛ adiu dicauit fratri illi vt accipet mercedes su as:ꝛ faceret ex his mercedib⁹ qđ ipe vel let: Et discessit frater ille ꝺtristatus. ꝛ plo rans:quasi preiudiciũ passus. Dicebat quidã senex:quia patres nostri cõsuetudi nem habuerũt venire ad cellas nouoruz fratrũ:qui solitarii habitare volebãt con uersari:ꝛ visitabant eos:ne quis eoꝝ tem ptatus a demonibus lederetur a cogitati one sua. Et si quando aliquis eoꝝ inuenie batur lesus adducebant eum ad ecclesiã. ꝛ ponebatur peluis cum aqua:ꝛ fiebat ꝓ eo oratio qui i temptationibus laborabat ꝛ lauabant omnes fratres manus suas in peluim:ꝛ perfundebatur aqua illa ille fra ter qui temptabatur. atqz ita statiz purga batur frater ille. Duo senes multis ãnis simul conuersati sũt:ꝛ nunq̃z inter se litez habuerũt. Dixit autẽ vn⁹ alteri Faciam⁹ ꝛ nos vnã litẽ. sicut boes faciũt. Et ille re spõdit fratri dicẽs. nescio qualiter fiat lis et ille dixit ei. Ecce pono in medio latercu lum ꝛ ego dico meũ ẽ hoc:tu aũt dicis nõ ſz meũ ẽ. et ita fit litis initium. Posuerunt ꝸ testã i medio sui:et dixit vnus eoꝝ. Me um é hoc. Et alter dixit ñ:ſz meũ ẽ. Et ille respondit ei. Etiam tuũ ẽ:tolle ꝛ vade. et discesserũt nec contẽdere inter se potue runt. Frater aliquis interrogauit senẽ quẽdã dicens. Si video fratrem de quo audio aliquã culpã ñ possum suadere aĩo meo. vt introducam eũ i cellã meã:si autẽ videro bonum fratrem ipz libenter susci pio. et dixit ei senex: Si facis bonũ bono fratri: paꝝ boni facis illi alteri duplum ipende. Ipse est enim qui infirmatur. Di xit quidam senex nunq̃z desideraui opus quod mihi vtile esset:et fratri meo dispẽ diũ faceret. huiusmodi habens spem quia lucrum fratris mei opus fructificationis mihi est. Quidam frater erat minister cu iusdam fratris. Contigit autẽ ꝙ vulnus fieret i corpore senis ꝛ sanies multa ex eo cum fetore proflueret. Dicebat autem co gitatio sua fratri illi qui deseruiebat. Di scede hinc:quia non potes sustinere feto rem putredinis istius. Ille vero frater vt reprimeret huiusmodi cogitationẽ. tulit vas aque ꝛ lauabat vuln⁹ senis illi⁹ et re collegit ipaz aquã i vase:ꝛ q̃tiẽs sitiebat ex ipsa bibebat. Cepit autem iterum cogita tio sua sollicitare eum dicens. Si non vis fugere vel non bibas fetorem hunc. Fra ter autem ille laborabat. et toleranter fe rebat bibens lauaturam vulneris illius: Et cum ita ministraret seni. Uidit de⁹ la borem caritatis illius et illam lauaturam in aquaz mundissimam vertit et senem in uisibili medicamento sanauit. Explicit liber de Caritate

Incipit liber ð̃puidẽtia ꝛ Cõtẽplatiõe.

Rater quidam abi

it ad cellam abbatis Arsenii in scitbi. et attendit per fenestram:et vidit se nem totum quasi igneum. Erat autẽ fra ter ille dignus qui talia intueretur. Et cũ pulsasset. egressus est senex. et vidit fra trẽ illuz stupẽtez: Et dixit illi. esne diu ꝙ hic pulsas? vidisti ne aliqđ? Et ille ñdit ei. Non. Et colloquens cuz eo dimisit eũ. Dixit abbas daniel qui erat discipul⁹ ab batis arsenii. quia narauerit ei abbas Ar senius tanq̃z de aliquo alio dicens: puto tamen ꝙ de se dicebat. Quia cuz sederet in cella sua quidam senuz: vox venit ei: di cens. Ueni et ostendam tibi opera homi num. Et surgens exiit. et duxit eum in quendam locum. et ostendit ei ethiopem incidentem ligna et faciẽtẽ sarcinã gran

dem ⁊ tẽptabat portare eam ⁊ non pote
rat ⁊ pro eo vt auferret sarcinã illaz: ibat
iterũ ⁊ incidebat ligna ⁊ addebat ad sarci
nã. Hoc autẽ faciebat diutius. ⁊ ꝓcedẽs
paululũ ostendit ei hominẽ rursus stãtem
super lacũ ⁊ implentẽ aquã ex eo et effun
dentẽ in cysternã pertusam. quã cysterna
ipsam aquam iterum refundebat in lacũ
et dicit ei iterum veni et ostendaz tibi ali
ud. et ecce vidi templum. ⁊ duos viros se
dentes in equis: ⁊ portãtes lignũ transuer
sum: vnus contra vnũ: volebant autẽ per
ianuam introire in tẽplum. ⁊ non poterãt
propter lignũ illud quod in transuerso por
tabant. ⁊ non inclinantes se vnꝰ post vnũ
vt fieret lignum illud directũ remanserũt
foris extra ianuaz tẽpli. ⁊ cũ interrogasset
quid hoc esset: ille respondit ei. Hi sunt qui
portant velut cũ superbia iustitie iugum
⁊ non humiliati sunt vt corrigerent se. et
humiliter ambnlarent in vta xp̃i. propter
quod ⁊ remanent foris a regno dei. Ille
autem qui ligna incidit homo ẽ in pecca
tis multis ⁊ pro eo vt agat penitentiam ⁊
subtrahat se de peccatis suis. alias iniqui
tates adhibet super iniquitates suas. Qui
autem aquam implet. homo ẽ qui opera
quidem bona facit. sed habet in eis etiam
⁊ mala permixta. per hoc pdit ⁊ bona opa
sua. Quapropter conuenit omnẽ hominẽ
sobrium esse in considerandis operibꝰ suis
ne in vanum videatur sustinere labores.
Narrauit iteruz abbas Daniel dicens: di
xit pater noster Arsenius de quodaz sene
in scithi qui erat magnꝰ in hac vita. simplex
autem in fide: ⁊ errauit pro eo qꝙ erat ydi
ota: ⁊ dicebat non cẽ naturaliter corpus
xp̃i panẽ consecratũ quẽ sumimꝰ: sed figu
rã eius cẽ. Hoc audientes duo senes qꝙ di
ceret hunc sermonẽ: ⁊ scientes qz magna
esset vita eius ⁊ conuersatio cogitauerũt
qz innocenter ⁊ simpliciter diceret hoc ve
nerunt ad eum ⁊ dicunt ei. Abba audiui
mus sermonẽ cuiusdam infidelis qui dicit
quia panis quem sumimꝰ non naturaliter
corpus xp̃i ẽ: sed figura eius. Senex autẽ
ait eis. ego sum qui hoc dixi. Illi autez ro
gabant eum dicentes: Non sic teneas ab
ba: ſz sicut ecclesia catholica tradidit. nos
autẽ credimus quia panis ipse corpus xp̃i
ẽ: calix ipse sanguis xp̃i secundum verita
tem ⁊ non secundum figuram: sed sicut in
principio puluerẽ de terra accipiẽs plas
mauit hominẽ ad imaginem suam ⁊ nemo
potest dicere qz non erat imago dei: q̃uis
de terra et puluere sit: ita et panis quem
dixit quia corpus meum ẽ credimus quia
secundum veritatẽ corpus xp̃i est. Senex
autem ait eis. Nisi rc ipsã cognouero: non
mihi satisfaciat ratio vestra. Illi autem di
xerunt ei deprecemur deum hebdomada
hac de misterio hoc et credimus quia deꝰ
reuelabit nobis. Senex autem cum gau
dio suscepit sermonẽ istum: ⁊ deprecabat
deum dicens. domine tu cognoscis quoni
am non per malitiã incredulus sum rei bu
ius: sed per ignorantiam errem: reuela er
go mihi domine iesu xp̃e quod verum est
Sed et illi senes abeuntes in cellas su
as rogabant et ipsi deum dicentes. Domi
ne iesu xp̃e reuela seni isti misteritm hoc.
vt credat et nõ perdat laborẽ suum. Ex
audiuit autem dominꝰ vtroſqz. et hebdo
mada cõpleta: venerunt dominica die in
ecclesiam. et sederunt ipsi tres soli super
sedile de scirpo: quod in modũ fascis erat
ligatum. medius autem sedebat senex il
le. Aperti sunt autem intellectuales oculi
eoꝝ: et quando sunt positi panes in altare
videbatur illis tantummodo tribus tanq̃
puerulus iacens super altare. et cum extẽ
disset presbiter manus vt frangeret panẽ
descendit angelus de celo habens cultrũ
in manu ⁊ sacrificauit puerulum istum. sã
guinem vero eius excipiebat in calicem.
Cum autem frangeret presbiter in paruis
partibus panem. etiam angelus icidebat
membra pueri i modicas partes. Cũ autẽ
accessisset senex vt acciperet sanctam cõ
munionem: data est ipsi soli caro sangui
ne cruentata. Quod cũ vidisset: pertimu
it et clamauit dicens. Credo domine quia
panis qui in altari ponitur. corpus tuum
est et calix sanguis tuus est. Et statim fa

cta est illa caro i manu eius panis scõz mysteriũ: z sumpsit illud in ore agens gratias domino deo. Dixerunt autem ei senes, deus scit humanam naturam: quia nõ potest vesci carnib⁹ crudis: z propterea trãsformauit corpus suum in panem: z sanguinem in vinum. his qui illud fideliter, suscipiunt. Et egerunt gratias deo de sene illo: quia non permisit deus perire labores eius: z reuersi sunt ad cellas suas cuz gaudio. Iterum ipse abbas Daniel narrauit de alio magno sene qui habitauit in inferioꝛib⁹ partibus egypti: quia diceret per simplicitatem. qꝫ melchisedech ipe sit filius dei. Hoc autem iudicatum est sancte memoꝛie Cirillo archiepiscopo alexandrino de eo: z misit ad eum. Sciens autez quia signifer esset ipse senex. z qcquid peteret a deo reuelaretur ei: z quia simpliciter diceret hoc verbũ: vsus est huiusmõi ratione dicens. Abba rogo te quia in cogitatione mea est qꝫ Melchisedech ipse sit filius dĩ: z rursus alia cogitatio mea dicit. quia melchisedech non sit de⁹: sed homo sit: z summ⁹ sacerdos dei fuerit. Quoniaz ergo hesito de hoc: idcirco misi ad te vt deprecꝛeris deũ: quaten⁹ tibi reuelare dignetur de hoc quid veritas habeat. Senex aũt de cõuersatione sua p̃sumens cũ fiducia dixit. Da mihi tres dies i dutias z ego ꝺ̃precoꝛ deũ ꝺ̃ hac re z renũcio tibi qꝺ̃ mihi fuerit reuelatũ ꝺ̃ hoc. Intrans ꝫ in cellã suã. deprecabatur deuz de verbo hoc z veniẽs p⁹ tres dies dixit sancte memoꝛie Cirillo epo. Hõe Melchisedech. Archiepiscop⁹ respondit ei. Quomodo cõstat apud te abba? Et ille dixit ei. Deus ostendit mihi omnes patriarchas. ita vt singuli eoꝝ coram me transirẽt ab Adam vsqz ad melchisedech. Et angelus mihi assistens dixit. Ecce iste est melchisedech. Et ideo archiep̃e certus esto: qꝛ sic est. Abiẽs autem senex: per semetipsum predicabat quia homo esset melchisedech: z gauisus ẽ magnifice sancte memoꝛie Cirillus episcopus. Puer erat adhuc sancte memoꝛie effrẽ. z vidit somnium siue reuelatiõez. qꝛ nata sit vitis in lingua eius. z creuit z impleuit totam terram fructifera nimis: z ꝫ venirent omnia volatilia celi. z comederunt de fructu vitis illius Quantuz autẽ manducabant: eo amplius implebat fructu. Iterum vidit quidam sãctoꝛum in somnis oꝛdinem angelicum descendentez de celo secundum preceptum dei. habentẽ i manu libꝛũ: ꝺ̃ est thomũ scriptũ int⁹ et foris. Dicebant autem adinuicem. Cui debet cõmitti ꝺ̃: Quidã dicebãt illi alii aũt dicebant ꝺ̃ alio. Rñderũt aũt et dixerũt. vere vtriqz qdẽ sãcti sũt et iusti q̃s dicitis verũ tñ hoc eis cõmitti ñ potest. Multa etiam alia nomina sanctoꝛum dicentes: Postea dixerunt quia nemini potest hoc alteri committi nisi effrem. Et vidit senex ille cui hoc in somnis apparuit: quia effrem vederũt thomuz illum. Mane autem surgens audiuit effrem docentem et velut fontem ebulientem de oꝛe ipsius: z cognouit senex qui somninm viderat: qꝛ spiritus sancti est operatio quod egrediebatur de labiis effrem. Dicebant de abbate Zenone. quia cum moꝛaretur in scitbi: exiit nocte de cella sua velut ad paludem et cum erraasset: fecit tres dies z tres noctes ambulans z laboꝛans: z cum defecisset: cecidit semianimus. Et ecce puerulus stetit ante eum habens panem z surriscula aque: z dicebat ei. Surge manduca. Ille aurem surgens oꝛauit extimans qꝛ fantasma esset. Puer autem respondens dixit ei. Benefeciſti. Surgens ergo accepit z maducauit: et post hoc dixit ei. Quãtum ambulasti. tantum longe es a cella tua: sed surgens sequere me: Et statim inuentus ẽ in cella sua. Dixit ergo ei senex. veni intra: z da nobis oꝛationem. Et cuz itrasset senex: ille subito non cõparuit. Dicebat abbas Joannes. quia vidit quẽdaz senum in excessu mentis tres monachos stantes trans mare: z facta ẽ vox ad eos ex alia parte littoꝛis dicẽs. Accipite alas igneas z venite ad me. Et duo quidez ex eis acceperunt alas. z volauerunt ad aliud littus vnde facta est vox: tertiꝰ vero

remãsit ⁊ flebat fortiter ⁊ clamabat. Postea vero vate sunt: et ipsi ale non ignee: sed infirme et vebiles: ita vt cũ omni labore mergendo et surgendo nimis afflictus vẽiret illuc. Sic ẽ et generatio hec. Que si accipit pẽnas. non tamen igneas sz vix ifirmas et ṽbiles potest accipere. Abbas Macharius habitabat ĩ loco nimis veserto. Erat autem solus in eo solitarius: in iferiori vero parte erat alia solitudo. in qua habitabant fratres plurimi. Obseruabat autem senex ad iter: ⁊ vidit satbanã veniẽtem in habitu hominis. vt ptransiret p cellam eius. Uidebatur autẽ quasi tunica cũ vti linea. omnino vetusta ⁊ tota cribrata: ⁊ per oĩa foramina eius pendebãt ampulle. Et vxit ei senior. Obe maior vbi vadis? Et ille respõdit. Uado cõmouere fratres. Senex aũt vixit ei: Ad qd tibi ampulle iste? Et vixit. Gustũ fratrib⁹ porto. Et vixit ei senex. Et omnes ad gustandũ. totas. ampullas cũ gustu portas? Et rñdit. Etiam. Etsi vnum alicui non placet. offerram aliud. Si autem nec illud. vabo tertium: ⁊ sic per ordinẽ oĩbus oblatis. fieri nõ potest nisi vel vnus placeat ex eis. Et cũ hec vixisset: transiit. Et obseruabat senex custodiens vias: vonec ille iterum remearet. et cum, vidisset eũ: vixit ei Sanus sis. Et respondit ei. Unde mihi salus? et vixit ei senex. Quare? Respõdit. Quia modo omnes sanctificati sunt: et nemo mihi acquiescit. Et vixit ei senex. Neminez ergo amicum habes illic? Et ille respondit. Unum tantũmodo fratrẽ habeo ibi: ⁊ ipe mihi solus acgescit: ⁊ quãdo videt me conuertitur ad me velut ventus. Senex ẏo vixit ei. Et quis vocatur frater ille? Respondit Theoctiscus. Et cum hec vixisz pertransiit. Surgens aũt abbas macharius perrexit ad inferiorem beremũ. Qõ cum audissent fratres acceperunt ramos palmarum ⁊ occurrerunt ei obuiam: ⁊ singuli eorum parabant cellas suas: incerti ad quẽ declinaret. Senex autem inquirebat quis inter eos Theoctiseus vocaret in loco illo. Et inueniens eum intrauit in cellã ei⁹. Theoctiscus ergo suscepit eum gaudens. Cum ergo cepisset secrete loqui: vicit ei senex. Quomodo est circa te frat? Et respondit orationib⁹ tuis bene. Et vixit senex. Ne impugnant te cogitatiões Et ille respondit: interduz bene sum. Erubescebat enĩ vicere ei. Et vixit ei senex. Ecce q uot annos habeo in conuersatiõe loci istius: ⁊ omnes honorant me: ⁊ tamẽ in hac senectute infestus ẽ mihi spirit⁹ fornicationis. Et respondit Theoctiscus: vicens. Crede abba ⁊ mihi. Senex autem simulabat alias quoqz cogitationes sibi eẽ molestas: vonec faceret illum confiteri. Deinde vicit ei. Quomodo ieiunas. Et ille vixit ad nonam. Dicit ei senex. Jeiuna vsqz sero ⁊ abstine. ⁊ cõmẽda euãgelia. vt memoriter retineas ea: sed ⁊ alias residu as ex animo meditare scripturas. et si tibi ascẽderit cogitatio mala: nunqz vorsum aspicias. sz sẽper sursũ. ⁊ stati te vñs aduuabit. et senex corrigẽs frez illũ: reuersus ẽ i solitudinẽ suã. et cũ iter obseruaret: vidit iterum vemonẽ illũ et vicit ei. Ubi vadis iterũ? et ille respondit comouere fratres: et abiit. Duz autẽ reuerteret vicit ei senex. Quomodo sunt fratres illi. et ille respõdit Male. Senex aũt vixit Quare. et ille respondit. Quia oẽs sancti sũt. et malus malũ. qz et vnum quẽ habui aĩcũ obedientẽ mihi etiam ipe nescio vnde subuersus est. ⁊ nec ipse acquiescit mihi: sed omnibus sãctior factus est: et propterea iurauit iam non ambulare ad illum. nisi post multum tempus. et hec vicens transiit relinquens senem. Senex veqo intrauit i cellam suam adorans et gratias agens vео Abbas Macharius volens consolari fratres: vicebat. Uenit huc aliquando cum matre sua puer qui a vemonio vexabatur: Et vicebat matri sue. Surgeamus binc. Illa autem vicebat: Non possum pedibus ambulare fili: Et vicebat ei filius eius: Ego te porto. Et admiratus sum astutiam vemonum quo modo eos exinde fugare volebat.

Dicebat itezum ve consolatione scitbi

ad fratres. Quando videritis cellã edifi/
catam iuxta paludẽ:scitote qz prope ẽ de/
solatio scithi. Quando autẽ videritis ar/
bores:iam ante ianuam est. Quando ve/
ro videritis pueros tollite melotes ve/
stras z abite. Abbas moyses qui habita/
bat in petra:impugnatus ẽ aliquãdo a for
nicatione:z cum non prevaleret tenere se
in cella.perrexit z indicauit hoc abbati ysi
doro. Et rogauit eum senex. vt reuertere
tur in cellam suam. Ille autẽ non acquie/
vit dicens non possum abba. Et sumpsit
eum.z leuauit eum secum in domum z di
xit ei. Attende ad occasum.z attẽdens vi
dit multitudinẽ demonum:z bi cõfusi erãt
z turbantes se ad pugnandum. Dicit ei ite
rum abbas ysidorus. Respice ad orientez
z attẽdit.z vidit inumerabilem multitudi
nem angelorꝝ in gloria. Dixit autez abbas
ysidorus. Ecce isti sũt qui missi sũt ad auxi
liandum sanctis.qui vero ad occasuz ascẽ
dunt.hi sunt qui impugnant nos. Plures
ergo sunt qui nobiscum sunt ꝙ qui aduer
suz nos sunt. Et ita agens gratias deo.ab
bas moyses sumpsit fiduciam.z reuersus
est in cellam suam:Dixit abbas Moyses
in scithi. Si custodierimus mandata patꝝ
nostrorum. ego presumens de deo: spõ/
deo vobis quia barbari huc non veni/
ent. Si autem non custodierimus:de
solandus est locus iste. Sedentibus
aliquando fratrbus apud eundem abba
tem Moysen dixit eis. Ecce barbari
hodie in scithi venient:sed surgite z fugite
Dicunt ei illi. Et tu non fugies pater. Ille
autem dixit eis. Ego per tot annos expe/
cto diem istum: vt ipleatur sermo domini
mei iesu xpi dicẽtis. Omnes qui accipiũt
gladium:gladio peribunt. Alii autẽ dixe
runt ei. Neqz nos fugiemus:sed tecuz mo
riemur. Et dixit eis.ego causaz nõ habeo
vnusquisqz vestruz videat quomodo stet
Erant autem septem fratres cum eo.z di
xit eis. Ecce barbari appropinquãt ianue
z statim barbari intrantes occiderũt eos.
Unus autem ex eis timore carnali perte
ritus fugit z abscondit se post plectas de
palma:z septem coronas vidit descenden
tes z coronantes abbatez Moysen.z sex
fratres qui cũ eo fuerant interfecti:Dice/
bant de abbate syluano qz voluit aliquã/
do pergere in syriam.z dixit ei discipulus
suus Marcus. Pater noli exire hinc
sed neqz ego te dimitto abire. Expecta ꝙ
hic alios tres dies.et cũ expectaret abbas
tertia die dormiuit i pace Marcus disci
pulus eius. Dicebat abbas Joãnes. qui
exiliatus est a Marciano.quia venimus
aliquando de syria ad abbatẽ pastorem z
volebamus eũ interrogare de duritia cor
dis. Senex autẽ grece nesciebat:neqz in/
terpres inueniebatur. Uidens autem nos
senex tribulatos cepit greca lingua loqui
dicens. Natura aque mollis ẽ.lapidis aũt
dura. Et si vas aqua plena pendeat supra
lapidẽ.ex quo assidue stillans gutta cadat
in lapidẽ.perforat eum:ita z sermo diuinꝰ
leuis ẽ:cor autem nostrum durum. Audi
ens ergo homo frequentez diuinũ sermo
nẽ aperitur cor eius ad timendũ deuz. Di
xit abbas pastor. Scriptum est quẽadmo
dum desiderat ceruus ad fontes aqua/
rum:ita desiderat anima mea ad te deus
Sicut ergo cerui in solitudine serpentes
plurimos glutiunt.z cum veneno eorum
accẽsi fuerit ad aqꝰ puenire desiderãt:ita
z monachi i solitudinibus hitãtes:accẽdũ
tur ꝺmonuz malignorꝝ veneno.z propter
ea ꝺsiderãt sabbato z dominica die veni/
re ad fontes aqꝝ hoc ẽ ad corpus z sãgui/
nẽ dñi nri ihu xpi: vt purgẽtur ab oi ama
ritudine demonũ malignorꝝ.interrogauit
aliqs frater abbatẽ pastorẽ dicẽs. Quid ẽ
qꝺ scriptũ ẽ.nõ reddas malũ ꝙ malo? Di/
xit ei abbas pastor. Hec passio quattuor
modos hẽt. Primũ de corde:secũdum de
aspectu.tertiũ ꝺ lingua.quartuz ñ reddere
malũ ꝙ malo. Si.n.potueris pugnare cor
ñ venit ad aspectũ.custodi etiã ne loqris.
Si ãt z locutꝰ fueris:cito corripe:ne facias
malum ꝙ malo. Narrauit sãctꝰ Basilius
epꝰ dicẽs fuit i quodã monasterio femina
rum quedam virgo que stultam se esse ac
demonez habere simulabat:que adeo ab

omnibus aliis honori habebat. vt nec cibum quidē cū ea caperent. Talē gdē elegerat vitā: vt a quoquina nunq̄ recedens totius illic monasterii officium ipleret. Et erat secūdū vulgare prouerbiuz vniuerse domus spongia ipletuz a se reb⁹ probans quod in sactis libris scriptū legim⁹. Si qs inquit ex vobis putat se sapiētē eē in hoc mūdo fiat stultus. vt sapiens fiat. Nec igit inuolutū pannis habebat caput ita quoq̄ oīb⁹ seruiebat. cetere aūt virgines tonse cuculis coopiuntur. Nulla aliquando potuit hanc de quadrīgentis virginib⁹ videre aliquādo manducantē: nunq̄ per oē euū suuz sedit ad mensā: A nulla vl̄ modicā partē panis accepit. sed micas tm̄ ōtergens mensarum: et abluens ollas. bis solis alimoniis contēta viuebat. Nulli vnq̄ fecit iniuriaz. nulla personarum ipsius murmur audiuit. nulli aut paruz aut satis vnq̄ locuta ē. Et certe cū ab omnibus cederetur: cum omnium viueret odio: maledicta omnium sustineret. sancto piterio p̄ batissimo viro semperq̄ in deserto viuēti: astitit angelus dñi quadā die sedenti in loco qui dicitur porphirite: affatusq̄ ē eū his verbis. Cur inqt grande aliquid te eē credis vt sanctus t in huiusmodi degens loco? Uis videre mulierem sanctiorē te. vade ad tabenēsiotarum monasterium feminarum. t vnam ex eis illic inuenies in capite habentē coronam: ipsamq̄ cognosce te esse meliorem. Que dum contra populum tantum sola diebus ac noctib⁹ pugnat. cor ipsius a deo nunq̄ recessit. Tu autē in vno loco residens. neq̄ quoq̄ aliquando progrediens: per oēs vrbes animo et cogitatione vagaris. Statimq̄ ad predictum monasteriū venit: t magistros fratrum rogauit: vt introducerent eū ad habitaculum feminaz. Quem mox illi. et vita glorioſū. t etate prouectioris videntes: cum fiducia magna introduci fecerūt Ingressus autez desiderauit omnes sorores inspicere: inter quas solaz illā propter quā venerat non videbat. Ait autē ad postremū. Oēs inquit mihi adducite: deesse enim mihi videtur aliqua ex vobis. dicūt ad eum. Unaz adhuc stultā habem⁹ intrin secus i quoquina. Sic enim eas que a dīno ne vexantur appellāt. At ille. Exhibete inquit ipsam ad me. vt eam videam. Quo audito: supra memoratā vocare ceperunt Que cū nollet audire sentiens: vt credo aliquid aut fortassis hocipsū diuina reuelatione cognoscēs: dicunt ei. Sanctus piterius desiderat videre te. Erat enim vir magnus fama et nomine. Cūq̄ ad euz fuisset adhibita. vidissetq̄ pāno frontē ipsi⁹ inuolutā proiecit se ad pedes eius dicens Benedic me inquit. Que similiter ad ipsius pedes se proiecit dicens. Tu benedic me domine. Omnes autem sorores obstupuerūt simul dicentes. Noli abba talem iniuriā sustinere. fatua ē enim ista quā cernis. Tunc sanct⁹ pyterius ipsis omnibus ait. Uos inqt estis fatue. nam hec vestra t mea nonna ē. Sic enim vocant illi femias spirituales. Et deprecor deū ait: vt dign⁹ ipsa in die iudicii merear inueniri. Quo audito oēs simul ad pedes ipsius ꝓciderunt singule se peccasse in eā variis modis confitentes. verbigratia. Alia enim abluens sordes carbini. supra eaz se fudisse dicebat Alia vero colaphis eam a se verberatam sepe memorabat. Alia nares ipsius syna pe impletas a se esse deflebat. Cetere quoq̄ diuersas referebant se ei iniurias irrogasse: pro quibus omnibus sanctus ille fusis deo precib⁹ egressus est. Post paucos autem dies illa non ferens tantam gloriā tantoq̄ se nolens honore sorox cumulari. grauariq̄ se credens excusationib⁹ singulox: egressa de monasterio illo occulte. quo ierit. in quē se miserit locū. vel quo fine defecerit: ad nullius potuit noticiā peruenire. Beate memorie paulus simplex discipulus abbatis antonii narrauit patribus talem rem. Quia aliquando veniens in monasterū visitādi gratia t pro fratx instructione post consuetam adinuicē consolationē intrauerit ecclesiam dei. missas more solito celebrare. Beatus ergo paulus intuebatur ad vnumquēq̄ itroeūtiū

in ecclesiaz quali animo intraret. Habebat enim ꝛ hanc gratiam dataz sibi a deo vt si videret vnūquēqz cuius animi esset: sicut nos facies nostras videmus ad inuicem. Ingredientibus ergo omnibus clara facie ꝛ splēdido vultu.ſz ꝛ vniuscuiusqꝫ angelo gaudente.vnum vidit nigruz ꝛ obscurum corpore toto.et demones ex vtraqz parte tenentes et trahētes eum ad seipos:et capistrum in nares'eius mittētes sanctum vero angelum eius de longe lugubrem tristēqz sequentem. Paulus vero lacrimans. et manu frequenter pectꝰ tundens.sedebat ante ecclesiam: plorans eum valde qui ei talis apparuerat. Qui autem videbant quod faciebat et taz subitam eius mutationem ad lachrymas:ꝛ ad luctum .interrogabant rogantes euz qd videret timentes ne quid in reprehensiõe omnium vidisset.pro quo hec faceret. Postulabant etiam vt ad missas intraret cuz eis. Paulus autez repellens eos: ꝛ negãs se ingressurum.sedebat foras ianuam tacens et plorans nimis eũ.qui ei taliter apparuerat. Post paululum autem dimisso ecclesie conuentu.iterum intendebat sīngulos exeuntes,vt quoruz introitũ agnouerat sciret quales exirent. Et ecce vidit illum virum nigrum et obscurum toto corpore prius.exeuntem ab ecclesia: clarum quidem vultu.candidum vero corpore.demones autem qui ante eum tenebant.postea de longe sequentes.sanctum vero angelũ iuxta ipsũ ābulātē letum ꝛ prōptum ꝛ gaudentē super eum valde. Paulus vero exiliens cum gaudio:clamabat benedicens deum ꝛ dicens. O ineffabilis dei misericordia ꝛ benignitas.o diuitie miserationis eius ꝛ innumerabilis bonitas. Currens autez ꝛ ascendens super altũ gradũ: magna voce dicebat. Uenite et videte opera domini q̄ terribilia sunt et omni stupore digna. Uenite ꝛ videte'euz qui vult omnes homines saluare:ꝛ ad agnitionem veritatis venire. Uenite adoremus ꝛ procidamus ante eum: vt dicamus qnia tu solus potens es peccata dimittere. Ad hāc voce eius.oēs solliciti cucurrerunt cupiētes audire que dicebat. Et conuenientib⁹ omnibus referebat paulus que vidisset anteq̄ ecclesiam intrarent. ꝛ que postea: ꝛ interrogabat virum illum vt diceret ei causam:pro qua ei tantam subito inmutationem deus donauerit. Homo ergo ille conuictus a paulo coraz omnibus qui circa ipsum erāt.aperte narrauit: dicēs. Ego homo peccatoꝛ sum.ꝛ multo tempore in fornicatione vixi vsqz nunc:ingressus aūt modo ecclesiam dei audiui vocem esaie prophete cum legeretur.magis autē vocem dei loquentis in eo.vbi dicit. lauamini mundi estote:auferte malum de animabus vestris coram oculis meis. discite bene facere ꝛ si fuerint peccata vestra tanq̄ fenicium velut nix dealbabuntur: ꝛ si volueritis ꝛ audieritis me bona terre mãducabitis. Ego inquã fornicator in hoc sermone compūctus sum nimis.ꝛ igemiscēs intra conscientiam meam:dixi ad deum. Tu deus qui venisti in mundum:peccatores saluos facere ꝛ qui hec qne modo lecta sunt p ꝓphetaz ꝓmisisti:comple effectu ꝛ opere etiam in me īdigno peccatore Ecce enim amodo ꝓmitto tibi.ꝛ spondeo sermone ꝛ ꝯfiteor corde.quia ab hodie iã non ero fornicator:sed abrenũcio sordib⁹ seculi.et seruio tibi ammodo in conscientia munda.hodie ergo domine et in hora hac suscipe me penitentem et interpellantem te ꝛ renuētē omne peccatum. In his igitur promissiõib⁹ ait egressus sũ de'ecclesia statuens in animo meo nihil vltra agere mali corã oculis dñi. Quod cuz audissent omnes.clamauerunt vna voce ad dominũ dicētes.q̄magnificata sunt opa tua domine.omnia ī sapiētia fecisti. Qua propter cognoscentes hoc xp̄ani ꝺ sāctis scripturis et diuinis reuelationibus. quã tã deus habeat bonitatem circa eos q ad eũ deuote confugiunt et p penitentiam emundant priora delicta. q̄ non solum non cogũtur penas exoluere pro peccatis antea commissis. verumetiam. consequi bona promissa: Non ergo desperemus ꝺ

nostra salute. quia sicut p esaiam ꝑphetā ꝓmisit dñs. eos qui peccatis iuoluti sunt lauari. ⁊ sicut lanā albā et niuē dealbari. et bonoꝝ celestiū q̄ in ciuitate celestis hierusalem sunt: repleri. ita et nūc itez ꝑ sanctū ezechielez prophetam iureiurādo ꝓmisit dicēs. Uiuo ego īquit dicit dñs. ga nolo mortem peccatoris: sz magis vt conuertaf ⁊ viuat. Hucusqz de greco i latinū trāstulit pelagi⁹ oyacon⁹ romāe ecclesie Et ab hinc deorsuz Joannes eiusdem ecclesie subdyaconus.

Biit aliquando za charias ad abbatem suuz siluanū ⁊ inuēit eū i excessu mētis: ⁊ erant manus eius extense in celū. ⁊ cū vidisset ista: clausit ostiū ⁊ exiit. Et intrans circa horā sextā atqz nonā inuenit euz eodez mō. Circa decimā ho horā pulsauit: ⁊ ingressus inuenit eū quiescētē: ⁊ dicit ei. Quid habuisti hodie pr̄? Qui dixit ei: Infirmat⁹ sū hodie fili mi. Ille ho tenés pedes ei⁹ dicebat. Nō te dimittā: nisi mihi īdicaueris quod vidisti Respōdit ei senex: Ego in celū rapt⁹ fui. ⁊ vidi gloriam dei: ⁊ illic steti vsqz modo. et nūc dimiss⁹ sū. Dixit sācta sincletice. Efficiamur prudētes sicut serpētes: ⁊ simplices sicut columbe: vt astute ītelligam⁹ laqueos diaboli. Nā prudentes sicut serpētes dictū é vt nō ignorem⁹ impet⁹ diaboli ⁊ artes ei⁹. Eteni similе aligd ex alio simili scelere superatur. nā ⁊ simplicitas colūbe demōstrat puritatē actiōis: Dicebat gdā patrū. Quia dū sederēt aliquādo seniores ⁊ loquerētur ō bōis edificatiōib⁹. erat iter eos vnus ꝑuidēs ⁊ vidit angelos manus agitantes ⁊ laudātes deū. vt aūt venisz locutio secularis: discedebāt āgeli. ⁊ volutabāt porci i medio eoꝝ plēi fetoribꝰ ⁊ poluebāt eos. Cū aūt rursus loquerent de edificatiōe. venientes iterū angeli laudabant deum. Dixit quidā senex. Hoc é quod scriptuz est: super duobus ⁊ tribus peccatis tyri auertam me. super quatuor aūt nō auertā. videlicet cogitare maluz ⁊ cōsētire cogitatui ⁊ locutiōi: quartū vero ē perficere op⁹ In hoc ergo ñ auertit ira dei. Dicebāt de q̄dā sene magno in scithi. q̄ quotiēscūqz edificabat cellulā egrediebatur cū gaudio: ⁊ ponés fūdamētū. si discedebat donec cōsumaret. Aliqñ ergo exiēs ad fabricandā cellā cōtristabat valō et dicūt ei fratres. Quare tristis ac mest⁹ es abba? Qui dixit eis. Desolādus ē loc⁹ iste filii. Ego enim vidi qñ ignis accensus ē in scithi: ⁊ accipiētes fratres palmas cedentes extinxerūt euz. et iterū accēsus ē. et accipientes rursus fratres palmas cedentes: extinxerunt euz. Tertio accensus est et repleuit totam scithim: et iam nō potuit extingui: ideoqz ergo contristor ac mest⁹ suz. Dixit qdam senex scriptuz est: iustus vt palma florebit. Significat autē hic sermo bonorum actuuz: altum et rectum ac dulcem fructum. Est vero in palma vnuz incardiuz. et ipsum candidum: omnem habens operationez in se simile autem ⁊ super iusto reperitur. Unuz enim ei ⁊ simplex ē cor: ad deum tantūmodo respiciens. Est autem et album. habēs illuminationez fidei: et omnis operatio iusti in corde ipsius est. Nam ⁊ acumen stimulorum ei⁹ aduersus diabolum est propugnaculuz. Dixit aliquando alter senex. Sunamitis beliseuz suscepit: eo ꝙ non haberet affectum cū aliquo homine. Dicitur sunamitis personam anime habere: beliseus vero personā sancti spiritus designare. Quacunqz ergo hora recedit anima a seculari conuersatione ⁊ perturbatione. aduenit ei spiritus dei: ⁊ tūc poterit parere cuz sit sterilis. Ali⁹ quidā patruz dixit. Quia oculi porci naturale habēt figmētū: ita vt necessitate semp intēdāt in terrā: nec aliquādo possūt respicere ad celum. Sic ergo. et aia eius q̄ ī dulcedine voluptatū delectat semel delapsa ī luxurie scenū: difficile potest respicere ad deū. aut sape aliqd dignū deo. Fuit qdā magn⁹ inter prouidētes: ℟ affirmabat dicēs ga virtutez quā vidi stātē super baptisma: eādē etiā vidi sup vestimētū mōachi: qñ accepit habitū spirituale. Cui dā sēi data ē gra videdi q̄ fiebāt: ⁊ dicebat

Quia vidi in cenobio aliquãdo meditantem fratrem in cella.et ecce demon veniens stabat foris cellã.ꝛ dum frater ille meditaretur non prevalebat ingredi.cũ autẽ cessabat meditãdo:tunc demon ingrediebatur cellam.Dicebant de quodã sene.qꝛ deprecatus ẽ deum vt videret demones ꝛ revelatum est ei: Non opus habes videre eos Senex autẽ rogabat dicens:quia domine potes me protegere gratia tua.

Post hec dominus revelauit oculis eius ꝛ vidit eos quia tanq̃ apes sic circundãt homines stridentes dentibus suis:angeli vero dei increpabant illos. Dixit quidã senex:qꝛ duo fratres erant ei vicini: vnus peregrinus.et alius inchoris:Erat autem peregrinus ille modicũ negligentioꝛ: ille vero inchoris studiosus valde.Cõtigit aũt vt dormiret ille peregrin⁹ in pace. At ille senex vicinus eorum cum eẽt previdus.vidit multitudinẽ angelorꝫ deducentiuꝫ animã eius:ꝛ cum perveniret ad celum vt intraret.facta est questio de illo:ꝛ venit vox desuper dicens. Manifestum ẽ quia modicum negligentioꝛ fuit peregrinus:sꝫ propter peregrinationem eius aperite ei. Et post hec dormiuit ꝛ ille ichoris:ꝛ venit ois cognatio eius ad euꝫ.Cernẽs vero senex ille non venire angelos ad deducendam animam eius miratus est.ꝛ cadens in faciem suam in conspectu dei dixit. Quomodo peregrinus ille cuꝫ negligentioꝛ fuerit talem gloriam habuit.ꝛ hic cum studiosus eẽt nihil huiusmodi meruit:' Et venit vox ei dicens. Hic studiosus cum venit vt dormiret aperuit oculos suos ꝛ vidit parẽtes suos flẽtes ꝛ consolata ẽ anima eius. Peregrinus vero ille licet negligẽtioꝛ fuerit tamen nullum suorꝫ vidit.ꝛ ingemiscẽs flevit ꝛ deus consolatus ẽ eum. Narrauit alter patrum quidam. Quia erat aliquis solitari⁹ in heremo nylopoleos.ꝛ ministrabat ei quidã secularis.sed fidelis. Erat aũt ĩ eadem ciuitate homo q erat diues ꝛ ipse. Contigit ergo vt moreretur ille diues ꝛ deducebat euꝫ tota ciuitas simul.ꝛ ep̃s cũ lampadibus:Egressus autez et ille qui ministrabat illi solitario secundum consuetudinem portans ei panes.ꝛ inuenit quia comederat eum belua. Et cecidit in faciẽ suam ĩ conspectu domini dicens. Non surgam hinc donec demonstretur mihi a deo que sint hec. Quia ille quidem impius talem apparatum habuit in deducendo. hic vero qui seruiuit deo die noctuqꝫ ista pertulit. Et ecce angelus domini veniens dixit ei: Ille impius habuit paruũ bonum ĩ hoc seculo et recepit illud hic. vt illic nullã requiẽ inueniat.iste autẽ solitarius q homo erat ornatus ad omnem virtutẽ.habebat vero et ipse vt homo modicuꝫ aliquid culpe.et recepit hic illud. vt ibi inueniat̃ purus coraꝫ deo. Et ita consolatus in his verbis abiit.glorificans deum super iudicia eius quia vera sunt.Sancti patres ꝺ scithi ꝓphetauerunt de vltima generatione dicentes.Quid operati sumus nos. Et respondens vn⁹ ex illis vir magne vite nomine cyrion dixit. Nos mãdata dei custodimus. At illi responderunt dicentes:' Hi vero q fuerit post nos qd erũt facturi.qui dixit eis.Dimidiũ opis nostri opaturi sunt Et dixerunt ei. Hi aũt q post ipsos fuerint qd facient.Qui rñdit. Dño non habebit opationem generatio illa.venture sũt autem illis tẽptationes.et q repti fuerint ꝓbati ĩ tempore illo meliores q̃ nos et patres nostri erunt. Narrauit quidam senex dicẽs.qꝛ erat quedaꝫ virgo ꝓuecta etate valdeqꝫ ꝓfecerat in timore dei:et interrogata ẽ a me.q̃ res ad hãc eã adduxerat cõuersationẽ. At illa ingemiscẽs ita cepit dicere. Mihi quidẽ venerande pater cũ ad huc essez paruula erat pater modestus ac mãsuet⁹ morib⁹.debilis vero et ifirm⁹ corpore:qui ita vixit curã sui agẽs. vt vir aliquãdo in publico videretur ab his q ĩ eodẽ bitabant vico. Terrã autẽ suã assidue operabatur:ꝛ ibidem semper occupabat vitã suã. Si qñ fortasse sanus fuisset. fruct⁹ culture sue domũ portabat. Plurimũ aũt tẽporis in lecto et languorib⁹ ꝺetinebatur:tãtaqꝫ erat taciturnitas vt igrãtib⁹ cũ sin̄ voce crederent eẽ. Mat̃ vo mihi erat

econtrario curiosa absq3 modo:atq3 vltra omnes mulieres que erant i regione hac turpior. Sermones vero eius ita ad vniuersos mouebantur: vt putaret̃ omne corpus ipsi9 lingua esse. littes frequẽtius cõmittebantur ad omnes ab ipsa: inebrieta te ãt vini cũ viris luxuriosis demorabat̃. Dispensabat autẽ ꝛ ea que int9 domi erãt tanc3 meretrix pessima: vt etiã substantia multa valde nõ potuerit nobis sufficere. Nam huic a patre meo delegata erat dispensatio dom9. Corpus autez suuz ita turpitudine abutebat̃: vt pauci de vico ipso potuissent effugere libidinẽ ei9. Nunquã corpori ei9 morbus occurrit: nec dolorem aliquem sensit vel aliquantulũ: sed a natiuitate vsq3 ad vltimuz diem suũ. integrũ sanumq3 corp9 suuz possedit. Inter hec cõtigit vt pater meus longa egritudine fatigatus moreretur: ꝛ cõtinuo aer cõmotus est. ꝛ pluuia ꝛ chorruscationes atq3 tonitrua aerez cõturbabãt: ꝛ neq3 nocte neq3 die ymber cessando triduo super lectũ sine sepultura fecit eum manere: ita vt homines vici illius mouẽtes capita admirarentur q9 tantum malũ vniuersos lateret dicentes. Siccine dei inimicus erat iste. vt nec terra eũ recipiat ad sepulturã. Sz tamen ne intra domum membra eius dissoluta ingressum habitãtibus prohiberẽt. imminente adhuc aere tempestate ꝛ pluuia descendente: vix aliquo modo sepulture euz tradidimus. At vero mater mea post hec licentia plurima accepta cum improbitate maxima corporis sui libidĩe vtebatur. et prostibulum deinceps faciẽs domum nostram. in tanta luxuria vixit atq3 deliciis. vt dum ad huc paruula essem. deficeret nobis substantia nostra. Vix enim aliquando cum timore sicut mihi videtur morte illius adueniente. tantam meruit funeris prosperitatem: vt etiam putaret̃ aer simul in exquiis deducere funus illi9. Ego autem post obitũ eius puellari egressa etate et desideria titillationis corporis mei. ieiuniis refrenans. quadam die ad vesperam vt fieri solet cogitare cepi atq3 considerare cuius vitam magis eligerez imitandam: vtrum matris aut patris qui modeste et mansuete ac sobrie vixit: Sz rursus cogitabam illud quia nihil in vita sua consecutus sit boni pater meus. sed p omne temp9 in infirmitate et tribulatiõe consumptus ẽ: et ita finem suũ accepit: vt nec sepulturam eius terra reciperet: Si igit̃ bona esset huiusmõi cõuersatio apud deum. quare ergo tãta mala affecut9 ẽ q sic viuere delegit: Sed bonũ ẽ inquit cogitatus meus sicut mater mea vixit me quoq3 viuere tradere voluptati et luxurie ac libidini corpus meum. Etenim nullum opus illa turpe prętermisit in ebrietate oẽ tps incolumis atq3 prospere degens. itaq3 vitã suã expleuit. Quid ergo: Sic oportet me viuere sicut mater. Melius ẽ enim propriis oculis credere. que ve manifeste sũt cognita et nihil prętermittere. Et cum hoc placuisset mihi misere. eiusdem me cõstituere vite. superuenit nox et continuo mihi sopor accessit. Post hos sermões astitit mihi qnidam grandis quidem corpore aspectu autem terribilis: deinde intuẽdo me perterrẽs iracunda visione et aspera voce ĩterrogabat me dicens. Dic mihi inquit qui sunt cogitat9 cordis tui: Ego autem aspectu eius et habitu tremefacta: neq3 aspicere in eum audebam. Maiori vero voce vsus iterũ iussit vt ea que mihi placerent sibi pronunciarem. Ego autem pre timore dissoluta et omnẽ oblita cogitatum nihil esse dicebam. Ille vero negãti mihi reuocabat ad memoriam vniuersa que in corde meo meditata fuerã. Ego autem cõtricta et ad precẽ conuersa: supplicabam veniam consequi et causam ei narrabam huiusmodi cogitatus. Qui ait mihi. Veni ergo et vide vtrosq3 patrez scilicet et matrem. et cuius deinde volueris tibi elige vitam. Et apprehendens mihi manum trahebat me. Ducens autem me in quendam campum magnum habentẽ paradisos multos et diuersos fructus: variasq3 arbores et pulchritudinem inenarabilem: et introduxit me illuc. Occur

rens autem mihi pater meus amplexat⁹ est in me.et osculabatur:filiaz me vocãs. Ego vero circumplexa eum rogabam vt manerez cum ipso. At ille. Nunc inquit nõ potes hic esse:si vero volueris mea vesti/gia sequi.venies huc non post multũ tem/pus.Cũ aũt adhuc ego deprecarer vt ma nerem cũ ipso:trahẽs me rursus manu q ibi me duxerat.veni ait ostendam tibi et matrez tuaz que in igne exuritur: vt sci/as ad cuius eorũ imitationẽ declinare ve lis vitam tuaz.Statuens:autem me ĩ do mo tenebrosa atqz obscura.omni stridore et perturbatione repleta:ostẽdit mihi for nacẽ ignis ardentẽ.z picem feruentez.z quosdaz illic terribiles aspectu stantes su per fornacem. Ego aũt inspiciens deorsũ video matrem meam in fornace vsqz ad collum dimersam. stridentem dentibus et igne ardentem:et vermium multoꝝ fe torem fieri.Videns autem me mater. cũ vlulatu clamabat filiam me vocans. heu me' filia de propriis operibus et pecca tis meis hec patior quia quasi deliramen ta mihi videbantur vniuersa.que de sobri etate erãt. Opera enim fornicationis et adulterii nõ videbantur mihi habere tor menta. ebrietatem quoqz et luxuriam non arbitrabar lucrari penas.et ecce p/pter exiguas delicias:quanta exoluo tor menta:ecce pro contẽptu dei quales reci pio mercedes. Apprenderunt me vniuer sa immobilia mala. Nunc tempus auxilii o filia.nunc recordare nutrimentorũ que a me consecuta es:nunc retribue benefici um si quid boni aliquando a me accepisti. Miserere mei filia quia in igne ardeo: et ab ipso igne non possum: miserere mei qa ĩ huiusmodi cruciatibus examinor. Mise/rere mei filia:z porrigens manũ tuã: educ me de loco hoc: Me autez recusante hoc facere propter eos qui ibi astabant rursũ cum mater clamabat. Filia mea adiuua me:z noli despicere fletuz proprie matris tue. Memẽto doloris mei ĩ die parturiẽ/tis te:z ne me despicias q̃ gehẽne ignibus depereo. Ego aũt a voce ei⁹ lacrimis cõ/mota humãuz aliqd patiebar:z cepi eũ cla more dolẽs ei igemiscere. Exurgẽtes vo bi qui in domo mea erãt.z accẽdẽtes ignẽ causã mugitus mei interrogabãt. Ego au tem narraui eis que videraz:z sic iaz vnũ hoc deliberaui:vt patris mei sequerer vi tam certa facta per ineffabilez misericor/diaz dei:qz pene reposite sũt his:qui male viuere non metuunt. Alia si quidem mul ta beata virgo ex ipsa visione cognoscẽs per reuelationem dei:multam esse a deo: z bonorum operum retributionẽ:z malo ruz actuum et turpis vite:maximas eẽ pe nas anũciabat. Ideoqz dilectissimi:efficia mur melioris consilii nobismetipsis:vt be ati fieri sine fine possimus. Narra/uit itex idem senex ꝺ quodã episcopo: vt maxime ex eo fiduciam capiam⁹:q̃z faci/lis sit deus ad veniam:si tm̃ nos peniteat commissi o peccatorum. Nunciabat igitur a quibusdam eidem episcopo:inter fideli uz turmas duas consistere mulieres: que abrupta seculi gradiendo ĩpudice inueni rentur et viuerent. Episcopus autem ex his que ei nunciata sunt commot⁹:suspica tus est ne forte et alie huiusmodi essent z ad deprecandum deum se conuertit.cer/tus inde rogans effici:qꝺ et meruit. Post diuinã enim illam atqz terribilẽ consecra tionem.dum accederẽt singuli ad partici pandum sancti misterii sacramẽta.per vul tus eorum cernebat animas quibus vna queqz subiaceret peccatis. Et peccatoꝝ quidem hominum videbat facies nigras quosdam vero ipsorum tãq̃z ab estu exu/stas facies habentes oculos autem rube os ac sanguineos: Justos autem videbat claros aspectu:et candidos amictu. Et alii qdẽ oũ acciperẽt corpus domini exurebã tur z incẽdebant̃ aliis aũt sicut lumen ef/ficiebat̃ ĩ se:et per os ingressũ omne eorum corp⁹ illustrabat. Erãt autẽ inẽ ipos etiaz q solitariã vitaz elegerãt:et hi qui in con/iugiis erãt:q et ipi ita esse videbãt.. Deinde cõuertit se et cepit etiã mulierib⁹ ipa vistri buere misteria vt cognosceret q̃les et ipa ruz essẽt aie:et vidit simili mõ fieri nigras

atqz rubeas facies eaz. sanguineas quoqz et albas. Inter ipas autē aduenerūt z ille due mulieres que accusate erāt apud eum propter quas maxime ad hāc precē et preuidentiā venerat. Cernit aūt ipsas dum accedunt ad sanctū misterium clarū habentes vultum et honorificuz: candida quoqz stola circūamictas. Deinde cum z ipse participate fuissēt misteria xpi: facte sunt sicut a lumine illustrate. Rursuz epi scopus ad solitaz se precem conuertebat. supplicans deo discere cupiens moduz re uelationū que ei demostrate fuerant. Asti tit autem angelus domini: et de singulis interrogare precipiebat. Sanctus vero episcopus continuo de illis duabus sciscitabatur mulieribus: si vera esset illa prima accusatio an falsa. At vero āgelus affirmabat omnia vera esse que dicta de eis erant. Episcopus quoqz ait ad āgeluz Et quomodo in perceptione corporis xpi splendide erant facies eaz: albam etiam stolam habebant lumineqz fulgebant nō paruo. Ait autem ei angelus. Eo q̄ penituerint de actib⁹ suis et discedētes ab bis lachrymis et gēitib⁹ atqz elemosynis pauperum. per confessionem diuinum meruerunt numerum. de cetero nequaq̄ in bisdem malis se casuras promittentes: si tm̄ de prioribus delictis vēiā mereantur. et meruerunt per hoc diuinā, immutationem z a criminibus absolute sunt: z viuent de inceps sobrie z iuste ac pie. Episcopus autem mirari se dicebat: non tm̄ de immutatione eaz: hoc enī multis contigit fieri: sz de dei dono: qui non solum eas tormentis minime subiecit: sed etiaz tantā eis donare dignatus ē gratiā. Ait autē ad eum angelus. Amiraris b iuste q̄i bō. dns autē omnipotēs ac de⁹ nr̄ z vr̄ cū naturaliē sit bon⁹ ac misericors: hos qui discedūt a propriis delictis. z per confessiōez accedūt ad eū nō tm̄ perire nō patit. sz etiā furorē suū aufert ab eis: z bonore dignos facit. Etenī sic de⁹ dilexit mundū: vt filiū suū vnigenitū daret p eo. Quia igit cū inimici essent hoīes mori p eis elegit: mltomagis domesticos effectos eos et pniam agētes super bis q̄ gesserāt. absoluit a pēis: z eis que ab ipo p̄parata sunt bona p̄stabit pfruenda. Hoc ergo scito. quia nulla dlicta hominū vincūt clemētiā dei tm̄. vt per penitentiaz ea q̄ pridem gs gesserat mala abluat actib⁹ bōis: Cū enim sit misericors de⁹ scit infirmitatē generis humāi z passionū fortitudinē z diaboli potētiam atqz astutiam z lapsis hominib⁹ in peccatis quasi filiis ignoscit: z expectat correctionē eorum: patientiam habens in ipsis. conuertentibus vero atqz eius exorantibus bonitatem tā q̄ infirmis compatitur: z absoluit confestī vincula eorū: et donat eis bona que preparata sunt iustis. Ait autem episcopus ad angelum. Obsecro te. dic mihi etiam vultuum differentias. z quibus peccatis vnusquisqz eorum subiaceat: vt etiam de bis cognoscens ab omni liberer ignorātia Angelus autem dixit ad euz: Hi quidem qui splendido atqz hilari vultu sunt in sobrietate z castitate z iusticia vnūt: modsti quoqz z condolentes ac misericordes sūt Hi vero qui nigras habent facies: fornicationis z libidinis operarii sūt ceterisqz sceleribus z delictis implicati. Hi vero qui apparuerunt sanguinei atqz rubei. in malignitate et iniusticia viuunt: z amantes detractiones: blasphemi dolosi: et homicide sunt. Rursum dicit ei angelus. Adiuua eos. siquidem salutem eorum desideras. Propterea etiam meruisti orationum tuarum effectum vt videndo discas discipulorum tuorum peccata. et per ammonitiones atqz obsecrationes meliores eos per penitentiam facias ei: quoqz qui pro ipsis mortuus est et resurrexit a mortuis ihū xpo domīo nostro gtuz facias. Quātacunqz igitur tibi virt⁹ est et studiuz z dilectio circa dominum tuuz xpm ihm: oēz eoz gere p̄uidentiā vt cōuertātur a propriis peccatis ad cōmunē dnz et mānifesta gb⁹ dlictis subiaceāt. ne ppriā desperent salutē. Ex b pēitētib⁹ gdē illis z conuertēti b⁹ ad deū aīab⁹ eoz salus erit z epulatio futuroz bonoruz: tibi vo erit p̄rima merces imitant deū tuū qui celos quidē reliquit z in terris demoratus ē pro salute bo

minū. Referebat quidam patruz quia tres sūt res bonorabiles apud monachos quibus oportet nos cuz timore ⁊ tremore ⁊ gaudio spūali accedere. Uidelicet communicatio sanctoꝝ sacramentoꝝ: ⁊ mensa fratrū: ⁊ peluis in qua fratꝝ pedes lauantur. Proferebat autē ⁊ exempluz tale dicens. Quia erat quidaz magnus senex p̄uidus. ⁊ cōtigit eum manducare cū pluribus fratribus: ⁊ comedentibus illis videbat in spiritu idem senex sedens ad mensā quosdā edentes mel: alios autē panes. alios uero stercus. Et mirabat intra semetipsum: ⁊ deprecabatur deuz dicēs. Domine reuela mihi mysteriū hoc: q̄ idem cib⁹ omnibus appositus é super mensaz: ⁊ ī mā ducando ita imutatus videtur: vt quidaz edant mel: quidam aūt panē: alii ꝟo stercus. Et venit ei vox de sup dicens. Illi q̄ māducant mel. bi sunt: qui cū timore ⁊ tremore ⁊ gr̄aꝝ actione edunt ad mensā ⁊ incessanter orant: ⁊ oratio eoꝝ sicut incēsuz ascēdit ad deū: ideoq̄z mel comedūt. Qui aūt panē māducant bi sunt q̄ gratias agētes percipiūt ea que a ꝺo donata sūt illis. Alii vero q̄ stercus māducāt: bi sunt qui murmurant ⁊ dicūt: hoc bonū ē. id malus est. hec autem talia non oportet cogitare: sed magis glorificare deū atqz laudes ei offerre: vt in nobis impleatur illud quod dictum est. Siue manducatis siue bibitis siue aliud quid facitis: oīa in gloriam dei facite. Explicit liber de p̄euidentia et contēplatione.

Incipit liber de sanctis senioribus qui signa faciebant.

Jrit abbas Dulas discipulus abbatis bysarionis. q̄ ambulantibus nobis secus littus maris. sitiui et dixi abbati bysarioni. abba sitio valde. Et cuz fecisset senex orationē dixit mihi. bibe ꝺ mari et dulcis facta ē aqua: et bibi. Ego aūt hausi modicū in vase ne forte iterū sitirē q̄ꝺ cum vidisset senex dixit mihi. Ut quid aquā portas? Dixi ei. Ignosce mihi ne forte itex sitirez. et ait senex. deus qui hic est ⁊ vbiq̄z est. alio tempore cum ei necessari uz esset fecit orationē et trāstuit chrysorroan fluuiū pedibus. Ego aūt admirat⁹ int̄ rogaui eū dicens. quomodo sentiebas pedes tuos dum ambulares ī aqua? Et ait senex. Usq̄z ad talū sentiebam aquam: reliqua autē erant solida sub pedibus meis Rursuz euntibus nobis ad alium senem venit sol ad occasū. et orās senex dixit. obsecro domine. stet sol donec peruenaz ad seruū tuuz. ⁊ factuz ē sic. Uenit aliq̄n qui dā demonium habens in scithi. et facta est oratio p̄ ipso in ecclesia. et n̄ egrediebatur demō ab eo q̄ durus erat. Dicunt autem adinuicē clerici loci illius. Quid faciem⁹ huic demoni? Nemo enī pōt eū eiicere. nisi abbas bysarion. Et si rogauerim⁹ cuz p̄ ipso neq̄z ī ecclesiā vēiet. Hoc aūt faciam⁹. Ecce vēturus ē māe ante oēs ī ecclesiā faciam⁹ eū q̄ vexat̄ sedere ī loco ipsi⁹ ⁊ cū ingreditur. stem⁹ ad orationē ⁊ dicam⁹. Excita frem illū abba. Fecerūt autē sic. Uniente itaq̄z mane sene illo. steterunt ad orōnē: et dicūt. Excita frez illū abba. ⁊ dixit illi patiēti. Surge egredere foras. Et ꝺesti exiuit demon ab eo: ⁊ san⁹ fact⁹ ē ex illa hora. Dixerūt seniores frēs aliquā do abbati belie ī egypto de abbate agathone. q̄ bonus frē ē. Et dicit ei senex. Secundū generatiōez suaz bonus ē: Qui dixerunt ei. Secūdum antiquos aūt quid? At ille rīdens ait. Jam dixi vobis quia secūduz generationē suam bonus est. secūdum antiquos vero vidi hominē in scithi qui facere poterat vt sol staret in celo. sicut fecit ihs̄ filiꝰ naue. Et hec audiētes ob stupuerūt: ⁊ glorificauerūt deū. Dicebāt ꝺ abbate macario illo maiore q̄ ascēdēs ꝺ scithi portabat sportas: ⁊ fatigat⁹ resedit. ⁊ orauit dicēs. Deꝰ tu scis q̄a iā n̄ p̄ualeo. Et mox eleuat⁹ inuēt⁹ ē trās flumē. Habebat q̄dā hō filiū paraliticū in egypto ⁊ adduxit eū ad cellā abbatis macharii ⁊ relicto eo ad ostiū flēte recessit lōgi⁹. Respiciēs autem senex vidit pueruz plorantē et dicit ei. Quis te adduxit huc Qui dixit. Pater meus proiecit me huc:

et abiit. Et dixit ei senex. Surge et apprehende eum. Qui statim sanus factus ē: et surgens apprehendit patrē suuz et sic abierunt in domū suā. Dicebat abbas siso ys: quādo erā i scitbi cū abbate machario ascēdim⁹ metere cū eo septē nomia: et ecce vna vidua colligebat spicas p⁹ nos: et non cessabat plorās: Uocauit ḡ senex dñz agri illi⁹. et dixit ei. Quid ē anicule huic ḡ sic plorat? Qui dixit ei: quia vir eius habuit depositum cuiusdam: et mortuus est non loquens: et nō dixit vbi posuit illud: et vult dñs depositi illi⁹ accipere eā: et filios eius i fuitutem. Et ait ei senex. Dic illi vt veniat ad nos: vbi requiescim⁹ in caumate. Et cum venisset dicit ei senex. Ut quid sic plorās. Que ait. Uir meus defunct⁹ est accipiens cōmendatū alicuius ⁊ non dixit moriens vbi posuerit illud. Et dicit ei senex. Ueni ⁊ ostende mihi sepulchrum viri tui. Et assumptis secū fratribus abiit cū ea: et cuz venissent ad locuz vbi posit⁹ erat vir ei⁹ dixit ad illaz senex. Recede hinc in domū tuā: et orantibus illis vocauit senex eū qui mortuus fuerat. dicens. Ubi posuisti alienū depositum? Qui respondens dixit ei. In domo mea absconditum est sub pede lectuli mei. Et ait illi senex. Dormi itex vsqz in diem resurrectionis. Uidentes autem fratres: p timore ceciderunt ad pedes eius. Quib⁹ dixit senex. Non propter me factū ē hoc. nihil enim sum: sed propter illā viduam et orphanos ipsius fecit deus rez banc. Hoc autez scitote: quia sine peccato vult deus esse animam. ⁊ si quid petierit accipit. Ueniens autē nunciauit vidue illi vbi positū erat illud comendatum. At illa sumens illud reddidit domino suo. ⁊ liberauit filios suos: ⁊ q audierūt hoc glorificauerūt deū. Transiens aliquando abbas emilius per quendā locū vidit quendā monachum detentū a quibusdam tanq̄ homicidam. Accedens autē senex interrogauit cām. ⁊ cō perto quā ob cām calumniarētur ei: dicit ad eos qui eum tenebant. vbi est ille qui occis⁹ ē? Et ostenderūt ei. Tūc approximās ipi defuncto dicit omnibus. Orate. Ipe vero expandente manus ad deū: surrexit is qui defunctus erat ⁊ dixit ei cozā omnibus. Dic nobis quis est qui interfecit te? Qui respondens ait. Ingressus ecclesiam cōmendaui pecuniam presbytero: ipse xo surgens occidit me: ⁊ portans ꝓiecit me i monasteriū abbatis hui⁹. Sed rogo vos vt tollant ipe pecunie ab eo: ⁊ dent filiis meis. Tunc ait ad eum senex. Uade dormi donec veniat dominus ⁊ resuscitet te. ⁊ confestim obdormiuit. Uenerunt aliquādo plures seniores ad abbatē pastorē ⁊ ecce quidā de cognatis ipi⁹ abbatis habebat filium: ⁊ erat facies eius p operationem diaboli uersa retrorsū: Uidens aūt pater eius multitudinē patx: accipiēs puerū sedebat foris plorans. Cōtigit aūt vt vnus seniox egrederet foras. Qui cū vidisset patrē pueri ait illi. Quid plorasbō? Qui ait. Cognatus suz abbatis pastoris: ⁊ ecce contigit huic puero temptatio ista: ⁊ volens euz isti seni offerre vt curaret eū timui. Non enim vult nos videre: ⁊ nunc si cognouerit quia hic sū psequēs mittit ⁊ minat me hinc. Ego vero videns presentiam vestraz presumpsi venire huc. Ergo quō vis miserere mei: ⁊ introduc intus puerum istuz et orate pro ipo: et accipiēs eū senex intrauit et vsus est prudenter: et nō statiz eū obtulit abbati pastori: sz incipiēs a minimis fratrib⁹ dicebat. Cōsignate puerū istuz. Cum autē fecissent omnes p ordinem cōsignare eū: ad vltimū obtulit eum abbati pastori: qui nolebat tangere eum. At illi rogabant eū dicētes vt omnes: ita et tu pater fac. Et ingemiscens surrexit ⁊ orauit dicens. Deus salua plasma tuuz: vt non dominetur ei inimicus. Et consignās curauit eum: ac reddidit patri suo sanum. Narrauit qdā pr̄um ꝺ. aliq̄ abbate paulo qui erat in iferiori parte egypti habitans iuxta thebaidam. Dic ergo paulus tenebat manibus eos qui dicuntur conuti aspides ⁊ serpentes ⁊ scorpiones. ⁊ scidebat eos per medium. Uidentes autē fratres admirati sunt: ⁊ interrogabant eum dicē

